





19. 2A

DISPUTATIO THEOLOGICA  
PRACTICA

De

V I T Æ  
EVANGELICORUM  
EMENDATIONE  
SUMME NECESSARIA,

Ex

*II. Petri Capite III.*

Conscripta olim

a

P A U L O R Ö B E R O,  
SS. Theol. D. Pastore & Superint.

VVitteb. Consistor. Assessore, ac Elect. Cir-  
cul. Ephoro Generali,

*jam vero in gratiam verae pietatis Studiosorum  
denuo recusa.*

---

LIPSIAE,

ANNO M D C C XIV.

Distributione Theologica  
Prædictio  
Y I G A  
EVANGELIACORVM  
BENEDICTIONIS  
SUNDE MECZASRUM

Y I G A O R D I T U O  
TYPICIS ET ALIAS FORMIS  
IN PRAECEPTIS ET PROPHETIIS  
IN EPISTOLIS ET ACTIS APOSTOLORVM  
IN HISTORIIS ET ACTIS SANTORVM  
IN VITIS ET MIRACULIS SANTORVM  
IN VITIS ET MIRACULIS SANTORVM  
IN VITIS ET MIRACULIS SANTORVM



4.

Quanta sit vite nostrorum hominum perversitas, ex adversa-  
riorum incusione, nostrorumque aliqua confessione.

2. Quae illius cause? an doctrina ipsa? ut contendunt aseclae  
Romani Pontificis, Calvini, Photini, Paracelsi, Svenckfol-  
dii, Weigellii, Stifelii, &c.

ut adeo

3. Quae veræ sint causæ, &

4. Quae remedia, in ipso cōflictu disquiri possit.

Cum Deo sancto Lev. II. v. 44. 45. et sancto Eze. 6. v. 3. sancto  
etiam nos cupiente faciente, ac conservante Job.

17. p. 11. 17.

Proprionium.



Voties † i. perversos hominum nostro-  
rum mores contueor, Evangelio mi-  
nus digne viventium, quanta enim in-  
valuerint vitia passim in prædiis, villis,  
oppidis, urbibus, scholis, Cœnobiis,  
Academis, aliis, per convivia, per fe-  
sta, per itinera, per navigia, quis plus  
sine anxiis suspiriis, & columbinis ge-  
mitibus aspiciat! Voties, inquam,  
tantas Evangelii maculæ cogito & obtueor; facio autem id sa-  
pissime, per diem, per noctem: toties recordor gravissimæ illius  
querimonie, qua Divus Johannes Chrysostomus de sui temporis Chrysostom.  
hominibus sic ingemiscit: Ex moribus ipsis prius intelligebatur in altera

A 2 ecclæ:

*expos. Mat. ecclesia Christi, quando conversatio Christianorum, aut omnium  
ibei hom. aut multorum, erat SANCTA, que apud impios non erat. NUNC  
49. in c. 24. AUDEM AUT TALES AUT PEJORES FACTI SUNT CHRI-  
Tom. 2. fol. STIANI. QVALES SUNT HÆRETICI AUT GENTILES.  
m. 282. Adhuc autem & major consinencia apud illos invenitur, quamvis in  
scismate sint, QVAM APUD CHRISTIANOS.*

*2. Non † 2. improbat doctrinam Ecclesiae suæ D. Chrysostomus,  
S. Chrysostomus, sed vel maxime probat, & ab hereticorum gentilium-  
hom. 40. ad que idolomania distinguit; Vitia vero & flagitia suorum audi-  
popul. Antitorum debita severitate perstringit, quod Ethnicis ipsis vivant  
eob. Tom. 5. impurius (Hinc alio: Quod esse putatis in civitate nostra, que  
f. 300. salvi fiant? infestum quidem est, quod diuturus sum, dicam ta-  
Ezech. 16 v. men: Non possunt in tot millibus centum inveniri, qui salvantur:  
31. 32. 33. & quin & de his dubito. Qvanta enim in juvenibus, que eo, malitia &  
v. 45. seq. quantiu[m] in senibus torpor?) Atque hujusmodi saepius utitur in-  
vectivis. Id quod idem solemne fuit Prophetis, Christo, Apo-  
stolis: Mater vestra Chærea, & Pater Vester Amorrhaea. Eg-  
foror tua maior Samaria ipsa & filia ejus, qua habitant ad fini-  
stram tuam: foror autem tua, minor te, qua habitat a dextris  
Sic Matib. tuis, Sodoma & filia ejus. Sed nec in viis earum ambulasti, ne-  
n. v. 21. 23. que secundum scelerata earum fecisti pauxillum minus: pene SCE-  
t. Cor. 5. 1. LERATORA fecisti illis in omnibus viis tuis &c. Sic Paulus ar-  
guit Corinthios Iuos, quod audita inter illos fornicatio, qualis  
nec inter gentes; ita ut uxorem Patris sui aliquis habeat.*

*3. in Matt. Nec † 3. rhetoricitur illo quidem in loco Chrysostomus,  
hom. 49. verum de notis Ecclesiae exquisite commentatur, quas desumi  
non posse a sanctitate hominum dicit, cum licentiosius vivant  
hereticis & gentilibus, nec a signis vel miraculis, cum & Anti-  
christo plenorum signorum faciendorum danda sit potestas, Pe-  
tro sp. Clementem exponentes; neque a similibus, quæ com-  
munia esse possunt, indicitis: unde ergo! NON NISI EX  
SCRIPTURIS: quod obiter contra Pontificios notari velim.  
Job. 8. 31. Nunc autem nullo modo cognoscitur, volentibus cognoscere,  
quæ*

quæ sit vera Ecclesia Christi, NISI TANTUM MODO PER Job. 10. 27<sup>o</sup>  
SCRIPTURAS, ait ibi aureum os & lumen; plane pro nobis & Job. 17. 17.<sup>o</sup>  
cum verbi divini oraculis faciens.

Quam festina 4. igitur querelam de suorum hominum mori-  
bus instituit sanctus Pater, tandem ad nostra etiam ultima tem-  
pora, eheu! accommodare cogimus, eos videlicet, qui ab impu-  
ro Papatu secessionem fecerunt, (DEO sic jubente;) Papistis im-  
puritate morum nihil cedere, sed palmam fere præripere. Id  
fane B; nosser Lutherus magno cum dolore Spiritus, saepe sa-  
pius deplorat: Antichristo videlicet detecto homines dissolu-  
tissimam acturos vitam. Hilff GOtt/ ist sic nicht genung/ daß Lut**b.** pref.  
der Ende Christ/ die Kirche so greulich/ und schier zu Gründ in Daniel. in  
verderbet hat? Nu sie kaum durch Michael wieder ist erqui**b** Bibl. ger.  
cket/kommen die Reher/Rottengeister/ Sacramentirer/ Wi<sup>r</sup> Vide qua in  
Vertäuffer/ und richten auch noch Greuel an/ wenn wils denn z. Pet. 3.  
einmahlt auffhören? Zu dem ist der Geiz und Mammou so Tom 5. Witz  
eingerissen/ daß zu beforgen/ man wird das Evangelium aus-  
hungern/ und achten/ wie Lotth zu Sodom geacht/ und Noah  
vor der Sündfluth. Denn in der Welt will jetzt beyde Ober-  
mann noch Untermann nichts hören noch sehen/ denn Geiz/  
Wucher und egen Willen. Daß die Zeit da ist/ davon  
Lyra und andere alle sagen/ daß nach des Ende Christ's Fall  
die Welt wird frey leben/ und sagen/ es sey kein GOtt mehr/ &c.  
So ist sic denn aus/ wie Christus spricht: Wenn des Men-  
schen Sohn kommen wird/ meynstu/ daß er auch Glauben  
finden werde auff Erden? Also gering muß noch die Kirche  
werden/ und alles eitel Geiz/ Wucher/ Bauch/ Fräß und  
Fleisch werden/ wie vor der Sündfluth. Item: Nostri cum ale-  
gibus Papar liberi sint, volunt etiam a lege Dei liberi esse, nihil  
nisi politica sequi; sed sic, ut sub illis quoque pro libito sint &c. Ex  
iis suat, qui diem hominis desiderantes, ut in luce hominum  
gloriantur & exultent, nobis ceperunt Decalogum quoque ex  
Eccle-  
Vid. Tom. I.  
Jen. p. ult.  
& p. 443.

*Vaticinium Ecclesia deturbare, ut juxta Petri Prophetiam, secundum pro-  
Luth. in Bi-* prias conscientias ambulent, & facuri sine timore Dei agant, &c.  
*bliorū. re-* A nostris mihi est plus negotii & periculi, quam ab ipso toto  
pertum. Papatu, qui posthac nihil poterit contra nos.

Cum † 5. has & similes voces querulas exaudiunt ad-  
versarii, triumphum agere solent, (sed  $\pi\gamma\omega\mu\pi\kappa$ ) & doctrinam  
Ecclesiarum nostrarum omnibus diris devovent, quod ex hac  
Bellarm. l. 4. arbore tam noxi & venenos fructus enati sint. Ideoq[ue] Bel-  
de notis Ec- latminus laudat illam Erasmi vocem in epist. ad Vulturium  
cles. c. 13. & Neocomum: Circumspice populum istum Evangelicum, &  
Gretserus obserua, num minus illic indufgeatur luxui, libidini & pecu-  
niæ, quam faciant ii, quos detestamini. Profer mihi, quem istud  
duob[us] num- Evangelium ex commissariis sobrium; ex feroci mansuetum;  
mis p. 57. ex rapaci liberalem; ex maledico benedicum; ex impudico  
In Cagli. de reddiderit verecundum. Ego tibi multos ostendam, qui facti  
prodig. Je- sunt seipius deteriores. Sic Sandæus Jes. Herbip. Mali mores ex  
sunt liberal. doctrina, quam tradunt Protestantes, profiscuntur, nec finit  
p. 238. festa Protestantica hominem esse bonum.

*V. Cyriillum* At † 6. vero, si hoc telum Ecclesiam nostram concutit, an  
lib. 7. contra non sic Prophetarum etiam Apostolorumq[ue] doctrina tituba-  
Julian. p. m. bit? Julianum, Apostolam & Persecutorem nobilissimum, au-  
156.

dire mihi videor, qui similis dicerio Christianam doctrinam fla-  
gellavit: Sicut ex vestris nullus sit eximius vir, imo neque justus;  
ex nostris autem unusquisque seipso melior fit, etiamsi omnibus  
modis crassus esset, modo si naturæ tamen bona, & ex illis eru-  
diti se patiatur. Hominibus enim Deorum bona absq[ue] mul-  
ta contingent arte, sive lumen accendatur scientiæ, ut conversa-  
tionis genus doceatur, vel multi hostes repellantur, & per terras  
multaque maria peragretur, & sic appareant heroici, &c. Sic  
estis infelices & insipientes, ut & putetis Dei quidem esse illos  
sermones, ex quibus nullus fiat prudentior, vel fortior, vel se  
ipso melior: eos autem, ex quibus licet fortitudinem, pruden-  
tiam & justitiam accipere, traditis Satanæ, & iis, qui Satanæ  
serviunt.

An

An non § 7. Apostolorum temporibus multi abutebantur §.  
 Evangelii & gratiae doctrina, ut in peccata ruerent, cum sint sub Rom. 6. 1.  
 gratia, & non sub lege? quos ex professō Paulus refellit capite Occumen. in  
 6. ad Romanos. Atque hoc est, qvod Augustinas monet, ob si- 2. Pet. 3.  
 dei doctrinam, quam Apostolus Paulus proposuerat, male in- qvodam  
 tellectam, & ad licentiam morum detortam, reliquos Aposto- abusos illa  
 los (Jacobum, Petrum, Joannem, Judam) suas consignasse epi- Rom. 5. 20.  
 stolas, qvibus perversum illius dogmatis intellectum, & abusum Ilbi abu-  
 damnabilem ex animis hominum evellerent. davis delis

Optime igitur instituto nostro deseruit caput posterioris Etum &c. l.  
 Petrinæ ultimum, ejus breviem orationem dabimus, de vita no- 1. de fide &  
 stræ protervia, ejusque cauiss. postmodum disqvistūri. operib. c. 15.  
 (13) Augusta

analysis succincta Capitus ultimi Posterioris Petrinæ, in Proemio  
 qvod est pars Epistola valedictoria, qva Petrus i. the- super Psal.  
 saurum scriptura commendat, 2. de Empetris vaticina- 31. contra  
 tur, 3. remedia contra illorū offendit, & extremonū quos Jaco-  
 mundi rationem describit, 4. constantiam in fide vovet.

Itaque PETRUS, 1. qvæ concionibus suis docuit, scripto bus. Texto  
 etiam complecti, & iterata jama vice tridere voluit: Hanc ecce vo- p. 1. Valedi-  
 bis, charissimi, secundam scribo Epistolam: ut & Johannes & A- Etiorum Petri  
 postoli alii. Non enim per alios dispositionem salutis nostræ conclusio  
 cognovimus, quam per eos, per qvos Evangelium peruenit ad habet i. the-  
 nos, qvod qvidem tunc præconiaueunt, possea vero per Dei sauri scri-  
 voluntatem in scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & piure Com-  
 columnam fidei nostræ futurum, ait Irenæus Episc. Lugd. in mendacio  
 Gallia lib. 3. cap. 1. Et sane Apostoli non censuerunt i. vel N.T. nem. Elusio-  
 Scriptis non opus adeo esse, ut Pontificis videtur Weigelianis nem. bujus  
 & similibus, vel 2. verbum externum nihil habere vitium, con- dicti Jesui-  
 tra Svenckfeld. & seqyaces, vel 3.unctionem docere omnia, et- ricam p.  
 iam citra institutionem, vel 4. Christum non mandasse Aposto- Coll. Ratiob.  
 lis, ut scriberent, ut Costerus aliquæ obgantunt, s. nec opus 1601. p. 246.  
 esse, si semel jacias fundamenta doctrinæ, tñ àvta scribere. 6.  
 Laicis biblicos libros non esse legendos, 7. omnia jam in corde  
 hominis scripta esse, &c. 63

σιληπίνεται In quibus vestram excito in commonitione τὴν σιληπίνην διέχεται. Cor. 5. 8. retinac sacerdarem mentem. Non de transferendis regnis, absolu-  
tione a juramentis & similibus agit, qualia diplomata Pontifex  
Cor. 2. 17. affigit, sed de sacerditatis studio, de augenda fide, de excitandis  
σιληπίνης donis in nos collatis.

Pbil. 1. 10. In Syro est לְשׁוֹנָכְנָן שִׁפְרָה cogitationem vestram bo-  
2. Pet. 3. 1. nam (Sapphira, pulchra, speciosa Matth. 26. v. 10. Matth. 7. 17.  
v. Lexica & Unde nomen mulieris Sapphira Act. 5. 1.) Ut memoris sitis eorum  
Concord. ad quae predixi, verborum a sanctis Propheticis; nec enim V.T. a ma-  
tēn ἔιλην lo Deo esse (Manich.) vel parum usus hodie sentit, & A-  
κριπούσιν postolorum vestrorum (alii nostrorum.) Petrus alius se non præ-  
ad calorem fert, summe commendat verbum suum, quod sit Dei legantis  
solarem ex- verbum, ut & revera est. In Syro, quod fuit per manum Apo-  
posita & stolorum, רַבֵּךְ שְׂרִירִים, id est, per officium.

probata; <sup>a</sup> Preceptum Domini & Salvatoris, non enim Christus sustu-  
permixione lit legem, quoad obedientiam, non indulxit peccandi licentiam:  
separata, neque tamen proprie dictus est legislator. Medicus præscri-  
Text. v. 2. bens usum Pharmacorum, ostendens Criteria, promittens fru-  
Conc. Trid. etus, impediens recidivam, interminans mortem, nec tamen eis  
fess. 6. can. Politicus aliquis legislator. Talis Medicus CHRISTUS, non  
21. legislator, ut Concilii Tridentini Patres conscripti denotant.

2. de Empe- PETRUS 2. prædictus, describit & refutat Empæctas. Hoc  
tis patici- primum scientes, quod venient in novissimis diebus in desptione  
primum scientes, quod venient in novissimis diebus in desptione  
nationem. illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes. Non enim  
Text. v. 3. Deum latent contingua & futura, & mala. Nec tamen Dei  
præscientia necessitatem causis secundis affert, aut calculum ma-  
lis addit. Tempora novissima vel Apostolorum temporibus  
cepere initium. Etsi vero semper fuit larga Empæctarum seges,  
Gen. 21. 9. ut Iacob ludebat cum Isaac, id est, illudebat פְּצָחָה sublan-  
nantem, non ludentem ut habet Vulgata, tamen sub finem  
mundi futura est largissima: Et hi vitæ rationes instituent se-  
cundum concupiscentias suas: non quod omnes Veneri ven-  
trique

trique se dedituri: sed quod oīnībus animāe virībus se Dei verbo & Consiliis oppositū. Sic enim caro concupiscit aduersus Spiritum, ut summae etiam facultates hominis conatu inten-  
tissimo illi obnitantur. Eiusmodi Spiritus Empæctieus in Sad-  
duceis fuit, resurrectionem carnis, adeoque judicium & gaudi-  
um supplicium extremum inficiantibus: qvibus calculum  
addiderunt ipso S. Petri tempore Dositheani, a Judæo qvodom  
Dositheo exorti. Nec aliis fuit Hymenæi & Phileti geniis,  
resurrectionem jam effectam statuentium: nec aliis Gnosticis,  
similisque farinae hominibus, Manichæis, Borborianis, Prodia-  
nitis, Hermionitis, Samaritanis, Florianis, de qvibus historia ve-  
tus & ex illa nostrorum Hæreologie consuli possunt. Al-  
banensibus eandem blasphemiam tribuit Cornelius a Lapi-  
de, qvam vere, ipse viderit. In Syro est בְּרַחֲנִין מִבְּרוֹחָן, ut piis Marc. 8. v.  
a וְרַחֲנִין illusit, vid. Jun. in Matth. 20. 19. ἐμπατεῖσαι, ut piis Marc. 8. v.

Gal. 5. v. 17.

Patribus, qui ludibria & flagella perpessi, Ebr. 11. 36. ἐμπάτει-  
μός. Hujus generis illud Galat. 6. 7. Deus non illuditur, & Luc. 18. 32.  
μυκτηρεῖται, & illusio Ephes. 5. 4. Matth. 29.

Qvæ vero in specie irrisores isti proferent in cathedra sua? 31.

Dicentes: Ubi est promissio adventus ejus? ex qvo enim patres dor-  
mierunt, omnia sic perseverant ab initio creature. Articulum si. Text. v. 4.

dei primarium explodunt, atqve sic totam fidei catenam divel-  
lunt, omnemque pietatem excludunt. Es solle ein Pfaffen-  
geschwâze seyn: Illi longe sapientiores Spiritu S. longe pruden-  
tiores Patriarchis, &c. Nec tamen tales videri volunt, sed Pa-  
trum auctoritatem agnoscunt, obdormisse dicunt, non perdi-  
tos, creationis fidem profiterantur. Sed non ex sua sententia,  
verum illusorie hæc proferre, recteqve fugillare videntur.

Ita Epicuræ de græce porci: Hatt ich so lange Geld zu Oecumenis  
dehßen/ ic. Hatt ich hie Mehls/ ich wolle Gott seinen Himm c. 3. 2. Petr.  
mei wohl lassen. Hac autem illis temporibus nugabantur.  
Γνωτικοὶ οἱ Νααρηνοί, οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ Ααμπτεικοὶ καὶ Ευχι-  
ται.

**Text. v. 5.** Quam vero hec illi sapienter? Latet enim eot*hec volentes,*  
quod calor erant secus & terra de aqua & per aquam confitens Dei  
verbo. Non in simplici, sed affectato errore versantur: Ἡσί-  
λοντι γαρ μέγοι πρός τὸν αὐλοθεαν, ait Oecumenius. Ultro  
enim oculos claudunt ad veritatem, η γη εξ ὑδατοῦ πεν, καὶ  
ζεγκάνεις αὐτής. Δι υδατοῦ δὲ, οὐ δια τελικῆ. Concede-

**Psal. 24. 2.** re coguntur ccelos a Deo constitutos, materia non adamantina,  
**Jer. 5. 22.** verbo tamen ad tantum firmamentum perductos, terram super  
maria fundamat, mari eggerem positum arenam, quæ omnia  
haec nitantur basi, haec compage, hoc glutino, verbo Dei. Quo  
fulcro subtracto iterum possunt omnia corrueire ac diffluere.

**Text. v. 6.** Per quæ ille tunc mundus aqua inundatus perit. Ut enim ad ver-  
bum Dei præcipiens, Cataractæ cœli aperti & abyssus (thesau-  
rus Domini Job. 38. 22. Ps. 33. 7.) sic alia etiam opificiū sui par-

**Text. v. 7.** tes ruinam capere, nutare ac concidere olim possunt. Cœli au-  
tem, qui nunc sunt, igni reservati in diem judicii & perditionis im-  
August. l. 20. piorum hominum. Qui ignis cuiusmodi, & in qua mundi vel  
de Civ. Dei rerum parte futurus sit, scire arbitror neminem, nisi forte cui  
c. 17. V. Con- Spiritus Dei ostenderit. Eadem omnipotentia, quæ potuit, ea-  
cord. Astron. dem in peccatores severitas, quæ voluit, eadem sapientia, quæ  
Theol. Pe- distulit, primos homines aqua perdere: totum hoc domicilium  
tri de Aliaco flammis vindictæ exuret. Nec enim impune ferent homines  
& cons. hunc sceleras, quæ tanta sunt, ut ipsam domum faciant execrabilem,  
**Mirandul.** in qua commissa. Ut enim non ob trigonum aqueum accidit  
diluvium, sed ob concursum scelerum: ita nec ob trigonum  
igneum superveniet ultimum per ignem judicium, sed ob vitio-  
rum probrosissimos aspectus.

**3. Contrail-** PETRUS 3. Emperators ad Dei judicium rejectis, suos  
los & alia frugi auditores pergit informare, commonefacere, consolari.  
pericula Informat, dum de ratione mora seu dilatationis extremi diei in-  
præmonito- struit: Unum vero hoc non lateat vos, Charissimi, quia unus dies  
nem. apud Dominum, sicut mille anni, & mille anni; sicut dies unus.

**Text. v. 8.** Non opus est, ut omnibus curiosis quæstionibus satisfiat. Suf-  
ficit

Eicit novisse ex Psalm. 90. qvod apud DEUM non sint distracta  
temporum intervalla, uno intuitu videt, & praesentia habet o-  
maia. Nam hic (ait Lutherus) neqve modus est, neqve nume-  
rus ullus. Ita moritur homo, & sepultus in terra quiescit,  
redacto in pulvrem corpore, neqve qvicqyam novit, ubi vero  
in novissimo die resurrexerit, videbitur sibi vix horam dormi-  
visse, respiciet tum & videbit, tantam de se multitudinem pro-  
genitam, totqve, qvi post ipsum vixerunt, de qvibus omnino ni-  
hil noverat.

*Non tardat Dominus promissionem suam, sicut qvidam exi-* Textus v. 6.  
*stimator; sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed V. Cornel. &*  
*omnes ad poenitentiam reverti. Neqve sui gratia Deus profert Lapide in hunc*  
*diem illum decretorum, qvod vel apparatur aliquo habeat opus, l. ut & in*  
*vel naturam sensim prius collabascere velit, aut si qvas alias cau-* Of ii. & Lo-  
*complectitur. Non enim delectatur hominum interitu, non qvez. l. p. q.*  
*creavit illos ad exitium, vel ad causas illius; non occultis funi- 19. disp. 83.*  
*bus ad peccata trahit, non præterit maximam hominum pat-*  
*tem ex absoluto decreto, libero electu, hostili odio; sed o-*  
*mibus salutem præparavit, destinavit, obtulit, idqve non vo-*  
*luntate signi tantum, sed & beneplaciti. Neqve tamen sine*  
*mediis ad se trahere qvenquam, & invitos ac refractorios donis*  
*cumulare ac tandem salvare vult: sed poenitentiam ipsi præ-*  
*scribit, qvam Spiritus S. operari & Christum in illa studet omnibus*  
*applicare. Hæc qvi respuunt, dilecti qvidem a Deo fue-*  
*runt, sed non electi, cum electio plura qvam dilectio comple-*  
*statur.*

Elapso igitur, qvod poenitentia concessum, spacio, irruet Text. v. 18.  
tremendus ille dies: *Adveniet autem dies Domini, ut fur: in quo*  
*cæli magno impetu transient, elementa vero calore solventur: ter-*  
*ra autem, & qva in ipsa sunt opera, exurentur. Furis improvisus*  
*adventus, non scelerosus animus hic probatur. Ipsa cælorum*  
*machina ut Dei iussu constituta, sic ejusdem impetu delabetur,*

elementis, & quibus Deo placuit hunc aspectabilem mundum confidere, calore, cuius rationem DEUS noverit, consumtis: nec non tellure hac, cum omnibus, quæ in sinu vel dorso, gerit, exusta.

Non enim Petrus mundum incorruptibilem vel aeternum  
*Tann. Tom.* istis Morosophis concedit, aut perpetuas hujus vitaæ delicias, sed  
*1. Theol.* præterire mundum monet cum voluptatibus, *i. Joh. 3. Cornel.*  
*Schol. D. 6.* a Lapi de stellas etiam novas in aethere corruptionis testes vocat.  
*9.3. p.3.* Sed vide Disp. Tanneti Tom. 1. Theol. Schol. In Graeco est καρα-  
 νάστερας, exurentur. In Syro ☼ שָׁבֵךְ נַּעֲלָה non reperientur,  
 id est, fugient, non erunt: quod, & quomodo ad mundum in  
 meliorem formam saltem mutandum accommodare velint, vi-  
 derint sententia illius assertores.

*Text. v.11.12.* Hinc itaque Commonfactionem instituit: *Cum igitur*  
*hec omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conver-*  
*sationibus & pietatis, expectantes & properantes in adventum*  
*dierum Domini, per quem cœli ardentes solventur, & elementa ignis*  
*ardore tabescunt! Nemo perpetrat opera tenebrarum, cum sciat*  
*aluce jam esse circumfulsum iri, jam praeforibus esse judicem,*  
*astare lictores, carcerem, carnificem, tormenta, equuleos, prunos,*  
*forcipes: Ita ergo incedendum, ut semper vox illa circumfo-*  
*net auribus: surgite mortui, Venite ad judicium.*

*Text. v.13.* Consolationem tandem subnexit amanissimus Ecclesiæ  
 Christi Petrus: *Novos vero caelos & novam terram secundum*  
*Ef. 65. v. 17. promissa ipsius expectamus, in quibus justitia habitat. Quæ pollu-*  
*i. Cor. 2. v. 9. citus Deus Ef. 6. 4. illa magno gaudio expectamus; licet jam au-*  
*ris non audiverit, nec oculus viderit, nec in cor hominis descendat.* Ab illa novi mundi structura vetera exulabunt omnia:  
 Peccatum, peccati fructus, bella, pestis, mors: & absoluta do-  
 minabitur ibi justitia.

Hos novos cœlos expectant pii, nec terrentur mundi con-  
 flagratione vel extremi judicii spectaculo. Non enim judica-  
 buntur. *Joh. 3. 18. Severo nimis rigore ac condemnationis sen-*  
 tentia;

tentia; non venient in judicium, Joh. 5. 24. ut qvos Christus  
a futura ira liberavit. 1. Thessl. 1. 10. qui dies igitur impiis erit  
formidabilissimus, piis omnibus futuros est exoptatissimus: di-  
es ἀπολυτράσως Luc. 21. 18. dies αἰτοψύχεως Act. 3. 19. dies ἀπο-  
καταστάσως.

Propter quod, charissimi, hæc expectantes, satagitate immateriali & inviolati ei inveniri in pace. Procedat hæc theoria in Gal. 5.  
salutarem praxin; Fides ne sit simulata; & verborum follibus 1. Tim. 1.  
sufflata perflatio, sed pariat fructus puritatis & innocentiae, Fi- Luc. 17.  
dem & bonam Conscientiam retinere. Ne turbetur Pax illa Rom. 14.  
conscientiae, πόρινεν μετα illud aeternæ latitiae.

*Et Domini nostri longanimitatem salutem arbitremini: Sic-* Text. v. 15.  
*ut & charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapi- eniam scripsit vobis. Uti omnia Dei consilia, dicta, opera in pio- rum salutem cedunt: ita & dispositio futuri judicii non mole- stias, sed commoda ipsis parere potest. Qvæ nobis videntur sepe adversa plane, tandem usui nobis maxime fuisse ac esse persentiscimus. Atqve de his non solus Petrus scripsit, sed ipsis etiam in fide, in officio, in amore frater, Paulus Aposto- lus; cuius præclara dona Petrus agnoscit, cuius autoritatem asserit, cuius fidem commendat: Nulla hic simultates; & si qvæ fraternalē admonitiones, si qvæ fortassis συμπάξεις inter Collegas intercedunt, non solvunt caritatis vinculum, sed ad- stringunt. Veram ubi scripsit hoc Paulus? Quoties de ulti- Romi. 8. 20.  
morum temporum statu, de extremi judicii mora, de vitæ san- 1. Cor. 15.  
ctionia, de falsis doctoribus, de ultimis temporibus instituit 1. Thessl. 4.  
admonitiones.*

*Et qvæ Thessalonicensibus, qvæ Romanis scripsit, omni- 1. Tim. 4.  
bus scripsit. Magna utiqve sapientia, quam in tertio celo di- 2. Cor. 12.  
cit, nec enim Evangelium suum ab homine habuit aut per ho- Galat. 1.  
minem. Qvæ tamen ad pedes Gamalielis didicerat, qvæ in V. Chrys. de  
Jure Romano & Græcis autoribus legerat, non transcribit dia- laudib.  
bolo, sed Theologæ commode adhibet.*

**Text. v. 16.** *Sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his; in quibus 2. Pet. 2.14. sunt quædam difficultas intellectus qua indecet & atque in insabili & b.l. In Sy- les depravant, sicut & ceteras scripturas, ad suam ipsorum perdi- ro ιδεας τιονem. Pleraque omnia in scripturis Apostolorum sunt facil- qualis per- lima, si media usurpas debita. Hoc enim sine Spiritu S. inspi- versor Eli- ravit, ut percipiatur: qui & potuit & voluit perspicue sua ma- mas Aet. 13. gnalia eloqui. Intellectu quædam difficultia in S. Scripturis ob- 8. 10. unde causas prægnantissimas, de quibus alibi. Suis tamen parallelis perversus ac fundamentalibus in primis locis clara ac perspicua omnia. Tit. 3.u. Phil. Nec ratio aut observatio de nihilo est, quod non in omnibus 2. 13. Luc. 9. exemplaribus legatur & ait in quibus (Epistolis,) sed ex oīs (scil. 41. Act. 20. mysteriis). Ita tamen scripta sunt quæcunq; scripta, ut non 30. e quibus nisi ab dñis oīs non intelligantur, imo vero malitiose pver- texiib; em- tantur: quæ pessimi hominum ingenii est μοχθη, quapro- pbasis eru- pter in perniciem ipsis cedit, teste Apostolo. Deus igitur enda. Lutb. culpam non habet, nec scriptura censoria virgula notatur. Tom. 5. Witt sed vafrities hominum accusatur, & cavenda proponitur. f. 500 b. Oe- „Hoc vero vidit, leves quosdam Spiritus invertere Paulo sua cumen. h̄b. „verba atque pvertere, eo quod in ejus Epistolis in sunt quæ- ubi exube- dam intellectu difficultia, ut cum dicit, neminem per opera, sed ravi pecca- per solam fidem justificari. Item legem datam, ut peccatum & pvertere gratia, & locos similes. Hæc enim cum audiunt, illico dicunt: dixerunt: Si ita se res habet, vivemus otiosi, neque boni operis qvicquam peccem ab. faciemus, & nihilominus evademus pii, quemadmodum & undantius, modo de nobis mentiuntur, quod bona opera vetemus. Sed ut abun- mirum hoc non est, quando & D. Paulo sua verba inverteruntur. dantius no- Hæc Lutherus.*

**bis ignoscatur.** Quapropter subtextit Apostolus. *Vos igitur fratres, pre- scientes euodiae, ne insipientium errore traducti excidatis a pro- Text. v. 17. pria firmitate: Non omni spiritui fides habenda, sed prudentia adhibenda, ne plausibilibus glossis & speciosis Commentariis seduci, qvovis doctrinæ vento circumferamur. Fit interdum, ut*

ut nimium altercando amittatur veritas: & nonnulli de fidē tam infideli disperant, ut omnem fidem amittant, & religiōsem Christianam pro opinione hominum habeant. Hęc venena, has gangrēnas, has vertigines & voragini cavendas dicit. Non enim in qvavis religione salus, ut Pseudo-Politici sibi persuadent, nimis intelligendo facientes, ut nihil intelligent: nec qvi stat, cadere non potest. Similes igitur cohortationes insti-  
tutas ab Apostolis passim legimus.

PETRUS tandem pio voto concludit, non vitam illis lori- 4. *Votivam*  
gēvam, non opes ac honores, non quietum semper Ecclesię sta- *gratiaeCom-*  
tum exoptans, sed alta vovens *κεράντηα*. Crescite vero in gratia preicationē.  
& in cognitione Domini nostri & Salvatoris JESU CHRISTI. Text. v. 18.  
Hęc enim vita æterna est Johani. 17. Cætera vel parum tuta vel  
parum proficia. Non sufficiunt bona initia, sed reqviruntur  
indies augmenta, & felix depositi nostri custodia. Hęc enim  
qvi non proficit, deficit. Nemo hic edoctus satis, ut Gnostici  
sibi perfectam arrogabent scientiam, qvos novi hodie Prophetæ  
gloriose imitantur. Et ex nostris etiam multi una concione  
audita vel epistola lecta, putant se omnia fidei myste-  
ria exhaustisse, & aliquot dolia Spiritus S. ut Lutherus alicubi lo-  
quitur, ehibile.

*Ipsi gloria & nunc & in diem aeternitatis, Amen.* Christo Job. 17. 22.  
enim debetur gloria, cum sit *ἄπλούσσα*, gloriam autem suam 1. Pet. 2. 22.  
humanę etiam naturę communicavit; evectus a Patre in thro. Luc. 24. 26.  
num glorie, subjectis sibi angelis. Ita enim per passionem ingre-  
sus est in gloriam SUAM.

Amen) Fiat. Nec enim de exauditione precum, vel de V. Drusium  
salute dubitat. Omnes promissiones in ipso sunt Amen, i.e. firmæ ad 2. Cor.  
ac ratæ, aut ῥὸς αὐτῶν, id est, veritas. Sic בָּאֵלְהֹי אֱמֶן per Deum 1. 20.  
verum, αληθινόν Jef. 65. 16.

שְׁרִמְתִּי אֲגַרְתָּא דְתַרְוִין רְפָסְרוֹת רִישָׁא

רִישְׁלִיחָא Additur in Syro: Sed a qvo sit auditio facta non liquet; cum præ-  
fertim ipsa hęc epistola primitus non sit cum scriptis aliis in Sy-

rum sermonem versa. Ita enim in p̄fatione super hanc epistolam Dionysius quidam, qui Commentarius Syris Canonicas epistolas, Acta & Apocalypsin illustravit: Epistolam secundam Petri non fuisse versam in lingvam Syriacam cum libris, Tom. 5. Wit- teberg. p. 415 qui diebus antiquis redditi sunt. Ideoque non inveniri nisi in translatione Thomae Episcopi, qui cognominatus est Heracleen-Similiaensis, secundum nomen Heracleæ civitatis suæ. Hactenus ca- serg & Die- tenbergerus Gethardo, cuius commentarius absolutus brevi lucem aspiciet. in versioni- bus suis.

## QUÆSTIO I.

*An Evangelici seu nostri Doctores notentur  
a Petro, per illusores, ambulantes in  
conscientius?*

Cornelius a Lapide præcipue quidem Gnosticos notari sta-  
tuit, irridentes omnia divina & humana ac præsertim me-  
tum numinis judicii & vindictæ divinæ: hunc enim adimentis  
hominibus, persuasisse eis, impune vacare Veneri & ventri. Sed  
ad nos tamen accommodat, quos modernos Gnosticos vocat:  
qvo etiam modo falsorum doctorum notas cap. 2. 2. Petri Lu-  
thero afflere satagit, quem proinde Anabaptistarum & Acade-  
micarum parentem vocat & Choragum, qui totos dies in con-  
viviis, compotationibus & cubilibus exegerit, ibique cuderit  
suas hæreses; idque ad hoc, ut tremorsum conscientia oblatran-  
tis, sibiique jugiter apostolian objectantis in vino sepeliret, qvod  
& suis, ut facerent, iasaferit. Ita ergo Lutherus isti homini jam  
Gnosticus est, jam Anabaptista, imo etiam Libertinus.

Verum absolvitur Lutherus a calunnia & nos cum illo, si  
attendatur, quam monstroso homines isti procuderint dogmata,  
a quib[us] Eutheri scripta & volumina nostra Symbolica sunt alienissima. De Gnosticis logi possunt veteres.

Ana-

pag. 408.

Anabaptistarum furores & insaniae toti orbi pridem inno-  
tuerunt, & a Lutherio ipso maxime eversae sunt.

Libertinos, quorum profanitas & atheismus non æque o-  
mnibus occurrit, sic describit, Stanislaus Rescius in Sectarum  
Centuriis: Fanaticum hominum genus, in quo jure credas revi-  
xisse Gnosticos & Valentianos, quibus nihil agere displiceret ac sim. V. 408. p.  
plex, proprius ac germanus Scriptura sensus. Illis Christus est Sa- Wigandum.  
tanar, vitium virtus, & virtus vitium. Nihil enim ex eorum sen- V. etiam  
tentia peccatum est, nisi eorum opinione, quis sepe peccare putant. Ve Calvinum  
rus Dei timor, & eo imbuta conscientia pro inferno illis habetur: contra Li-  
pro paradiſo autem conscientia divini iudicij contemtrix, secura, berinos in  
stupidis & consopita. Docent homini omnia esse licita, sine ulla ex. Tractatibus  
ceptione, omneque genus vivendi probant: lenonem suo volunt fun- f. 599.  
gi munere, fures audacter furari jubent, matrimonia dissolvi vo-  
lunt, cum uxor mariti sui tedium coperit: unde promiscuos lau-  
dant concubitus, idque vocant Spirituale matrimonium. Com-  
munionem sanctorum vocant communionem bonorum temporalium, ideoq; quantum quisque potest, ut rapiat, soadent. Resurre-  
ctionem jam factam esse dicunt, neque aliud expectandum judici-  
um. Jam Christianos omnes resurrexisse affirmant, quando ani-  
mam humanam sciant jam factam esse illum Dei spiritum immor-  
talem, imo in Dei essentiam redisse, unde inquit exiit, eique ita  
jungi, ut unicus spiritus maneat. Hæc Libertini. Quid vero Calv. in in-  
commune nobis cum nebulonibus his, & Licentinis effrontibus? strictione  
Addit, quæ ipsorum portentilo quia & blasphemie fuerunt, ci- adversus  
tante Calvino ipso & Bellarmino: Jam diximus, istos initio a. Liberte. post  
perte ridere solitos, si quis scripturas allegaret: nec disimulasse, Bellar. d. S.  
quinas pro fabulis haberent. Interim tamen non desinebant ius S. l. i. c. 1.  
uti, si quis esset locus, quem insensum suum torquere possent, non  
quod ei adhiberent fidem, sed tantum, ut perturbarent idiotas, at-  
que ita concutirent, ut tandem eos ad se possent faciliter adducere.  
Si quis locus ipsius objiceretur, respondebant, nos literæ minime obno-  
xios esse: sed spiritum, qui vivificat, sequi oportere. Quin etiam

*Porcus ille Quintinus, unumquemque Apostolorum aliquo scom-  
mate notaverat, veluti Picardo suo sermone Paulum vocans vas  
2.Cor.6.15. fractum: Joannem, juvenem solidulum: Petrum abnegatorem  
Dei: Matthaeum feneratorem. Hæc iterum Libertini. An  
V. Confess. potest ipsa Impudentia nobis hæc portenta objicere? Quid  
Carolie. communionis luci cum tenebris? Lutherus etiā avuadet  
Excell. Dn. non fuit, quo censu nec Augustinus, nec Gregorius M. nec  
D. Gerb. Bernhardus aliique sanctissimi se haberi voluerunt: tamen fuit  
inpr. Cl. avuadet, qvod dudum nostri suffragiis etiam adversatio-  
Theel. L. Jo- rum evicerunt. Nec tamen domus nostra est sanctior arca No-  
ban. Mülleri hæc, vel felicior familia Jacobi, Samuels, Davidis, aliorumque  
tractatum Dei hominum. Si negaverint antagonistæ, non esse inter ipsos  
bac de re numerum fruges consumere natum, non esse בָשָׂר & irrisores  
peculiarem religionis plurimos, Classicos historieos, Theologos, Juriscon-  
Germ. P. 1.1 sultos falsi arguent testimonii. Et eos a Petro notari, paulo in-  
Kirchenpo- ferius e Luthero animadvertemus.*

still. Dom.

26. Trim. Eu-

feb. 1. 4. b.

Ecl. c. 13.

Tolle sacri-

legos. V. Cy-

rill. contra

Julianum

V. Euseb. l. 9.

scendit.

Q[uod]a causa?

CHRISTIANI.

Idem Ecclesiis Augu-

bisti. Eccles.

stanæ Confessioni addictis evenire notius est, quam ut deduci

c. 7. Tertull.

debeat. Bellarm,

neminem inter Lutheranos bonum agnoscit

Apolog. c. 39.

& probatum dare nititur, Lutheranos opera bona vere prohibere,

i. Poniticii Ita Coferus eodem nos convitio petit: In quamcunque vel Ger-

nos culpant, manie, inquit, vel Gallia Angliae partem oculos conjicias, vix e tot

1. 4. de notis

millibus hereticorum ministris vel unicum duntaxat reperias, qui

Eccles. c. 13. 1.

sit integer vita scelerisque purus.

Iterum Bellarminus orat: in

4. de Justific.

Scholis habita, Tom. 4. Contr. præfixa:

Mabumei Lutherique

dotti-

## QVÆSTIO II.

*Quam graves nobis intendant lites adver-  
sarii, & quam atrocissimum crimi-  
num reos nos agant?*

*Vod Christiani olim accidit, ut nullis non essent calumniis  
expositi; (id enim Christus fore prædixerat:) Nilus non a-  
v. Euseb. l. 9. scendit. Q[uod]a causa? CHRISTIANI. Idem Ecclesiis Augu-  
bisti. Eccles. stanæ Confessioni addictis evenire notius est, quam ut deduci  
c. 7. Tertull. debeat. Bellarm, neminem inter Lutheranos bonum agnoscit  
Apolog. c. 39. & probatum dare nititur, Lutheranos opera bona vere prohibere,  
i. Poniticii Ita Coferus eodem nos convitio petit: In quamcunque vel Ger-  
nos culpant, manie, inquit, vel Gallia Angliae partem oculos conjicias, vix e tot  
1. 4. de notis  
millibus hereticorum ministris vel unicum duntaxat reperias, qui  
Eccles. c. 13. 1.  
sunt integer vita scelerisque purus.* Iterum Bellarminus orat: in  
4. de Justific. Scholis habita, Tom. 4. Contr. præfixa: *Mabumei Lutherique*  
*dotti-*

doctrinam nihil est mirum, & facile & in multis locum reperiſſe. c. i. in Apol. Multa enim ea que diſcillima fidei noſtra mysteria ſuſtulit, & ſimul Cath. contra frena libidinis laxavit, & omnibus ſceleſtis hominibus aditum pa- Casp. Gratiſecit. Apicite enim qui ſint, qui ad Lutheranos plerumque de- vinis c. 61. p. ſiſtunt: Gula addiſti ad eos accurrunt: quod non ſint apud eos 243. ſtaſa jejunia incontinentes, quod apud eos etiam Monachis & Mo- nialibus matrimonia condeſtantur: deſertores monaſteriorum, quod omnia apud eos voti laxentur, omnia clauſtra reſeruentur, con- tinentia cum conjugio, cum diuitiis paupertos, obedientia cum licen- tia comuuentur. Homines avari & ambiſtiosi, quod eis Lutherani non ſolum opes Eccleſie, ſed etiam perſonas, & ipsam fidem ac reli- gionem inaudita adulatōne ſubhiciant. Itemq. otiosi, quod Lu- theri religio ſola fide conientia, opera non requirat. Denique im- plobi, & ſcelerati omnes, quod nec peccata ſacerdotibus confiteri, nec illi hominum vita ſue rationem reddere teneantur. Hanc ta- men criminationem Bellarminianam graviflme ſolidiffimeque retudit Theologus nobilissimus ac meritiſſimus Dn. D. Matthias Hoc in c. 9. Apoſt. f. 218. seq.

*Religio Lutherana* (ex illorum ſententia) tollit Confessionis Herman. Sacramentum, una cum coniunctione & ceteris adminiculis, & ſi Hugo pro- mul docet ſolam fidem ſufficere ad ſalutem, nec ullum peccarum ei Consult. Ca- imputari, qui habet fidem ſpecialem, etiamſi millies uno die forni- thol. Leſſi- ceur; ad hæc peccata omnia a Deo eſſe decreta, hominemque ad Guilielm. ea perpeſranda certa neceſſitate impelli. (Quinque tamen hos a- Baile in Ca- rietos dejectit Dn. D. B. Meſnerus p. m. in Collegio iſti homini teobismo oppoſito.) Alius: Certe. Unica Libertas carnis cauſa fuit, cur controverſi- tor ſeſe ab Eccleſia Romana ſegregarint. Et paulo ante: Omnes arum pag. præterea Calvini (Lutheri) propositioſes ſcommate & ledoria in- 16. pag. 14. farto ſunt, inclinantes eos, qui audiunt, vel legunt, ad quandam effrenatam libertatem, & laxantes appetitui ſenſibili babenſas in omne vitiorum barathrum.

Alius ex hac Schola ſic noſtroſ alloqvitur: Quocunq; in Hadrian. loco veſtigium ponit, cernitur repente major flagitorum licentia, Jung. in

rapf. de do- minor ad omne faciens verecundia, multo audacior temeritas, impudicitia. & mo- pudentior libido; volit at intolerabilis superbia & arrogantia mali- ribus baret. qvam ante confirmatur, prisa religio atque sanctuaris in contrarium adducitur, pudor, metus diuinique judicis formido la- bascit ac minuitur, contentiones & dissidia augentur, denique mul- ad D. Jac. torum scelerum colluvies &c. &c. Succinit huic Fornerus la- Reibing. queo 18. Sola vita impietas uberior malorum morum libertas; licentiosior voluptatum & libidinum permisso: Venere a lascivientis doctrina Hesistata, nec non Priapea Lutheri παραδόξος, & vera & orthodoxa Romano-Catholicorum fidei, te barefoos, & Lu- therica secta socium, ad malum pronum, ad illecebra carnis effe- minatam proclivem, in omnia gula libidinisque flagitia inclinabi- lem, & solum denique luxuria tabo desuentem aberrare fecerant.

Ungers-  
dorf p 123.  
124.

pag. 125.  
129.  
133.

pag. 128.

z. Calvi-  
niani nos  
arguunt.

daß nemlich gräßere Schelm und Diebe in der ganzen Welt nicht zu finden seyn als unter den Evangelischen. Deßwegen man wohl mit aller Macht singen könne: Das Land bringt Frucht/und bessert sich/ das Werk ist wohl gerathen: Das unter kehrt man über sich/ am Freitag frist man Bräten. Item: Bey den Evangelischen sey kein Funcken mehr einiger Redlichkeit/ ja solche ehrlose/ treuvergessene Erzbuben seyn in der ganzen Welt nicht zu finden. Alle Lutherische seyn ungetreue Knechte/ halten alle Schelmenstück für Ehre und Tugend/ seyn nur Maul-Christen/viehische/gottlose Leute/ thun gar kein gut Werk/damit man sie nicht für Päßtisch halte. Et enumerat vitia Lutheranorum: Wucher/Finanz/Betrug/Fressen und Sauffen/ Unfreundlichkeit gegen den Gästen &c. Ita quasi per diverbum pronunciare solent: Epicureismum nihil aliud esse, quam imperfectum Lutheranismum. Lutheranismum vero nihil aliud, quam perfectum Epicureismum.

Calviniani qvam pro lepidis & sanctis fratribus nos ha-  
„beant, paucis etiam inaudiemus. Quinta causa, propter qvam  
„Lutheri de cena doctrinam abominamur, hæc est, qvod ea-  
dem

dem in Ecclesiis Evangelicis nihil qvicq; vnt boni efficit, sed "Heidelberg  
 homines magis magisq; a via salutis ad opus operatum abdu- " genium  
 cit, ut statuant per externum sacramenti usum se posse salvari, " treuhergis  
 etiam si interius nec viva fides, nec vera conuersio adsit. Mi- " ge Vero  
 seri homines in Ecclesiis Lutheranis communiter nesciunt, " mahnung.  
 qvæ sit vera ad Deum conuersio, sed existimant hanc esse veram " " " " "  
 ad Deum conversionem, si quis singulis mensibus peccata sua " " "  
 Ministro Ecclesiæ confiteatur, & mediocri cum devotione Sa- " " "  
 cramento utatur, qvocunq; tandem modo postea vitam in- " " "  
 situat suam, &c. Vix millesimus quisq; inter ipsos novit, " " "  
 quid sit novus homo, qui in Christo creatus est, nedum ut se. " " "  
 ipsos explorent, an ejusmodi renovationem in semetip̄is sen- " " "  
 tiant; qvā imo, qui volunt videri sapientissimi, minimam " " "  
 ejus partem intelligunt, siqvadem illudunt nobis, qvando au- " " "  
 diunt, qvod in Christo nihil qvicq; valeat, qvam nova crea- " " "  
 tura, ac prætendunt, spiritum Calvinianum esse spiritum tri- " " "  
 stitiae, qui nullum hominibus permittat gaudium, quasi vero " " "  
 sit summum hominis Christiani gaudium, in luto peccatorum " " "  
 sine ullo pudore pervolvi. O cætitatem omnium maximam! " " "  
 Existialis illa cæcitas, non provenit aliunde, qvam qvod miseri- " " "  
 homines existimant, qvocunq; tandem modo vivant, si ante " " "  
 finem vita Eucharistia ipsis contingat, se corporaliter in ea " " "  
 Christum accipere, ex quo colligunt, qvod remissionem pec- " " "  
 catorum & vitam æternam una cum eo accipient, nec possunt " " "  
 aliter colligere, cum Apostolus dicit Rom. 8 v.23. Si Deus no- " " "  
 bis Filium suum dedit, qvidni cum eo donec omnia? Si ergo " " "  
 abeunt cum suo viatico unus altero felicior, ac, ut metuen- " " "  
 dum, multi eum in locum, ubi in omnem æternitatem do- " " "  
 ctores suos & animarum pastores accusabunt, qvod de via sa- " " "  
 lutis non fuerint rectius ab eis instituti. Hæc illi ad quem " " "  
 genium multæ inveniens in Colloquio de reformatione Marchia- " " "  
 ca. Taceo, qvod nos semi-Papistas, imo Papistas duplo pejo- " " "  
 res salutant; qvod crudelitatis reos agant, qui ovis, Basilisci in- " " "  
 cube-

cubemus, qui pace Religionis excludamus illos, qui Martyribus Gallicis & Belgicis insultemus, qui Comedias, qui Choræas *Anæstas de* permittamus, qui damnemus non auditos in Concilio, qui *fa-*  
*Cabro Con-* cile in Papistis degeneremus; & similia complura.

*scientie.* Qvod vero Photiniani nobis testimonium perhibent?

3. *Photinia.* Pessimæ nos esse notæ, qui admittamus ad communionem SS. ni nos aver. Cœnæ, qvos ne ad vulgare quidem convivium adhibere debet. *V. mus:* qui bellorum tubæ sinus, qui Excommunicationis clas. *Socin. Oste-* vem proditorie resignaverimus, qui juramentis, fallaciis, iniqui-  
rod. *Smal-* tatibus faveamus, qui leges CHRISTI non inculcemus, &c.

cium. Quidam *Paracelsa Theologie* settator his in nos verbis,

4. *Chymico-* qvos Papistis & Calvinistis conjungit, debacchatur. Qualis ve-  
Theologi ro vita est Christi, vel an vivus sit vel mortuus Christus in hisce  
*Weigeliani*, ternis sectis, auditis ex operibus eorum jam recensitis. Mor-  
*Stifeliani* tuum hic Christum, necatum, & indies ab eis trucidari trucu-  
nos ex- lentius, quam a Judæis visibiliter fuerit necatus, evidens est: ac  
crantur. E posterius tantum in Christum crimen, harumque sectarum im-  
pistola an- pietas est priori Judæorum scelere magis nefarium scelus. Si  
nexa tr. igitur caput mortuum habeant, nec illud vivere apud se per-  
vom alten mittant, apud quam harum sectarum Ecclesiam veram, tan-  
tund neuen quam corpus cum suo capite vivo conjunctum, reperturus es? Jerusalēm. Cum singulæ in æquilibrio impietatis impendeant, & licet alia

pag. 58. se sanctiorem alia, vioremq; probabiliter ex animaliS Sapi-  
entia (Jacobi 5. 14. 15.) disputet ac glorietur, singulæ tamen An-  
“ tichristianismo jurarunt, Judæisq; deterius juratos se hostes  
„ Christi, vita sua & actionibus testantur. Neq; mihi objicias  
„ vulgarem cantilenam horum Theologorum: in hac vta ni-  
„ hil esse perfectum, nullos sine crimine vivere. Verum id esse  
„ non infisior, etiam sanctos labi, & lapsos ex infirmitate natu-  
„ ræ in pugna veteris & novæ legis altera parte quidem succum-  
„ bente, sed iterum per pœnitentiam ad frugem redeunte ac re-  
„ surgente in novam vitam. Hic vero peccatur, non tam ex in-  
„ firmitate naturæ, sed ex proposito & certa intentione ac præ-  
„ medi-

meditato consilio, ut qvælibet secta fastui suo & ventri consu-  
lat, & proinde tale peccatum est contra Spiritum S. sciendo & “  
perseverando peccare.

In tractatulo quodam nuper emissio hoc de nostris Ecclesiis sit judicium: Unser Volk wird nicht bekehret durch die Predigt, darumb folget, daß ihnen Gottes Wort nicht gepredigt oder ja nicht recht und mit gehöriger dexterität gepredigt werde. Daran nicht irret das gemeine Einwenden: Es wäre des unartigen Volks Schuld: Non est in Medico &c. wäre gnung, daß sie es dem Volk untersagten. Denn diese Entschuldigung hätte erst statt/wenn man derer eitlichen die sich rechschaffen bekehret und gebessert und einen heilgen Wandel führeten/ zeigen könnte; Aber da ist keiner. Et ante pauca de nostrorum nominum Christianismo: Man findet derinnen nicht mehr, als 1. den externum cultum oder euerlichen Gottesdienst/ das Herz bleibt am zeitlichen und an Creaturen hängen. 2. Findet man keine Realität/ sondern nur eine starke Einbildung/ und eine Confessionem oris, das ist/ Bekämpfung des Mundes. 3. Ja ein merum opus operatum, und nichts bessers, als wie im Papsthum die Messe gehalten worden. 4. Das Absurdum in Theologia: Daß wir wollen Vergebung der Sünden haben/ und doch von Sünden nicht lassen. Das wollen des Todes Christi trösten/ und doch das nicht lassen wollen/ umb welches Christus hat sterben müssen. Hæc & sententia hujus generis εγκληματα passim prostant.

Weigelius quantus sit Aristarchus morum nostrorum in Academiis, oppidis, & integris Ecclesiis nostris, apparet e tot plaustris ac navibus onerariis accusationum. Pagellæ non sunt hic vel summa capita referre. Quod Ezechiel Meth, quid Stifelius, Teting aliique carpant, allis colligenda & transcribenda commiserim.

Facil-

P. orus Ec- Facillimum autem foret par facere, ac de istorum homi-  
 clesie Nic. num vita instituere querulofas actiones. Sed cum aliorum sor-  
 de Clemam- dibus nostras eluere non possumus, videndum id unice, an ex-  
 gis, Gerson ipsis doctrinae nostrae fontibus tam putida venena exhalent?  
 Sc. Gerb. Vita utique hominum sancta & laudabilis non fuit, qvos ipsi  
 Bosac. Prophetæ, Christus & Apostoli docuerunt. Quantis enim ex-  
 Deut. 32. v. probrationibus, invectivis, & accusationibus opus fuit? Pecca-  
 s. 6. 15. verunt ei, & non filii ejus, in sordibus, generatio prava atq; per-  
   versa. Haccine reddis Domino, popule stulte & insipienti? nun-  
   quid non ipse est Pater tuus, qui possedit te, & fecit & creavit te?  
 Incrastatus est dilectus, & recalcitravit: incrustatus, dilatatus,  
 dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo.  
 Es. 1. v. 4. 5. Va genti peccatri, populo gravi iniuriate, semini negram, filiis  
 21. 22. 23. sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemarunt sanctum  
   Israel, abalienati sunt retrosum. Super quo percutiam vos  
   ultra, addentes prevaricationem? omne caput langividum, o-  
   mne corpus merens. Quidam facta est mereatrix civitas fidelis  
 Es. 5. 7. plena judicii? Justitia habitavit in ea, nunc autem homicidæ.  
   Argentum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mistum est  
grassantia taxabantur; hoc ferebant judicium: recte fecisse Pa-  
storem illum arguendo virtus & flagitia, sed aliter fieri non po-  
tuisse, ubi doceatur, legem servatu non esse possibilem. Sed &  
Photiniani nobis ideo indignantur, & scelerum culpam affri-  
cant, quod legem praestitu impossibilem dicamus. Legatur  
Smalcianus contra Franzium disp. 9. nec non disp. 15. ubi his in nos  
insurgit verbis: Tantum autem abest, ut Deus inchoatam, lan- Smalc.  
gividam, immundam obadientiam sit compensatur, ut etiam Cbri. contr. Fran-  
zus minetur, se tepidos evomitum ex ore suo. Quinam vero cium disp.  
sunt tepidi, nisi qui Deo obadire inchoarunt, languidae autem, im- 16. p. 472.  
perfecte & immunde obadiunt? Scilicet, hic modus ejus continendi  
boni.

homines in officio & studio pietatis. Et tamen Franzius ait, se indignari illis, qui populum a vera pietate avocant, cum ipse hujusmodi thesibus suis omnem eis ad negligentiam & simulationem fenestrarum aperiat, & tantum non negligenter esse jubeat. Et alibi obicit Smalcius illa dicta; quæ principis vocat Christianæ religionis & omni exceptione majora. Ebr. 12. 14. 1. Johan. 1. 6. & 2.

*Disp. de pa-*  
*nit. p. 570.*

6. & 3. 6. 7. distinguit tamen inter omnium peccatorum habitum, a quo nos liberos omnino esse deceat, & inter actum peccatorum, a quo ut liberi simus, aspirare perpetuo teneamur,

*Weig. in*  
*dialogo de*  
*Christian.*  
*p. 76.*

*i. dicta.*

Hunc etiam obelum Weigelius nobis figit, cum ait: Wer da saget/ es sey unmöglich also zu wandeln/ wie Christus geswandelt hat/ der redet wider allen Grund der Schrift/ und wider den Glauben/ denn dem Gläubigen sind alle Dinge leicht und möglich/ er macht eine neue Creatur/ und die neue Creatur wandelt im Geheß Christi gar leichtlich. Huc canticum Isaiae Stifelii, & similia sanctorum de semetipuis testimonia.

*z. exempla.*

Legem vero in hac renovationis imperfectione servatu possibilem non esse, cognoscitur i. e Scripturae oraculis: Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens Psal. 143. 7. Si iniqüitates observaveris, Domine, quis sustinebit? Psal. 130. 3. Rom. 8. 3. Gal. 3. v. 11. seq.

*z. documen-*  
*ta V. Socin*  
*l. de Rom. 7.*  
*& Smal.*  
*contra*  
*Franz.*

2. Exemplis. Omnes enim exorant peccatorum remissionem Psalm. 32. Matth. 6. Luc. 11. & fatentur, dolent ac ingemiscunt, quod vitiis obnoxii. Sic Moses Ex. 34. 7. David Ps. 143. v. 2. Salomon 1. Reg. 8. 46. 2. Par. 6. v. 36. Prov. 20. 9. Eccl. 7. 21. Jobus 9. 2.

3. Documentis. Lex enim spiritualis Rom. 7. v. 14. Caput hoc Photinianis adeo perstringit oculos, ut referant inter ea, quæ Petrus nostro in capite dicit esse obscura. Id enim cum Prosper Disydeus statuisse, calculo suo Smalcius approbat. At vero tum ex ipso capite, tum connexione cum cap. 8. tum legis natura & explicatione a Christo facta, fideique totius analogia, evincemus, verillimam esse interpretationem capitinis illius, quam cathedrae nostræ Academica & Ecclesiastica afferunt.

QVÆ.

## QUÆSTIO IIX.

*An, quod bona opera ad salutem necessaria negemus, faces  
ad omnis generis vitia preferamus?*

**O** Perum bonorum studium Petrus per totum caput ex professio inculcat. Sed vita æterna meritum nuspam illis Bellar. l. 43 assignat. Hinc vero frigescere nostros ad actiones virtutum, de notis eccl. Pontificij occlamant. Bellarminus, Pistorius, Kellerus, Tanclef. c. 9. & nerius, & qvi non? gravissimas hoc nomine lites nobis movent, l. 4. de justitia & eum perditissimi hæreticis, Simonianis & Eunomianis nos c. 4. V. Spec. componere non verentur. Legatur Catechismus controversia culum Veridrum Gvil. Baile. Fornerus ita crocit: Annon intolerabilis fatus p. 341. fœtor, arctam salutis viam, contra Christi Domini doctrinam, p. 35. p. 412. sic ampliare, sic polire ac levigare, sic dilatare, sic edolare, ut nemo, quantumvis impenitens peccator, damnari possit, nisi credere nolit Christum pro se passum & mortuum? Fœtorem hunc Apoph. p. 78. ex Lutheri & Prædicantium ore, excrevit, ollaris caseus Augustanae Confessionis. Annon intolerabilis fœtor, sub prætextu, quod Christus pro nobis abunde satisfecerit, omnia bona opera eorumque in Christi sanguine meritum abolere, qvinimo peccata esse mortalia impudenter protestari? & istum fœtorem emisit ollaris caseus Confessionis Augustanae. Et alibi: Casei sui fragmen in hanc ollam injecit EUNOMIUS &c. nullum peccatum, nullam impenitentiam cuiquam obesse, dummodo ejus, quam ipsi docebant, fidei participes esset. (Luth. de Capt. Bab. de fid. & oper. de lib. arbitr.)

Eadem Photinianorum de nobis judicia: Quid vero juvat, quod supra alicubi dixit Franzius disput. 7. se Christianum cum esse tercenties millies negare, qvi fidem suam in Christum, motibus a Deo & Christo præscriptis non testificari studet, talem que vita æterna tandem privandum pronunciare, si opera bona ad salutem necessaria non esse, dicere idem Fr. non erubescat? Hoccine est pietatis inter Christianos curam & rationem habere? vel non potius eam, quantum in nobis est, exhibilare, & ex animis.

Smalcianus  
contra  
Franz  
357. de  
panis.

animis hominum funditus extirpare? Qvis enim illud facere  
annitatur, qvod ad Salutem æternam non sit necessarium, præ-  
sertim si sit admodum difficile, ut est pietatis studium? Eat  
nunc Franzius cum sua indignatione, quam erga eos concepit,  
qui impie vivunt: Nos vere tamdiu, si non omnis impietatis  
defensorem, salem frigidum pietatis doctorem eum reputabi-  
mus, & reputandum esse dicemus, quamdiu dicet, bona opera  
ad salutem necessaria non esse. Ita tandem suo se miser forex  
indicio prodidit, qvod hactenus occultare voluisse visus est.

*lib. de Serv.*

*Christo*

*part. 4.c.9.*

*Remon-  
strantes  
contra  
conc. Feßi  
Hommii.*

*V. Excellen-*

*tissim. D. lib. 3. Inst. cap. 14. §. 21. ex Beza, Zanchio, Gryneo, Bertio, Alste-*

*Himmeliū*

*Calvino-*

*Papismum*

*& Disp. D.*

*Menz. in A.*

*C.*

*de officio hom. Christ. fol. B. 4.7. Et qvis dubitet Arminianos  
huc respicere, cum ita scriptitant: Qui negat licere fidelibus fa-  
cere bona opera ex intuitu mercedis, operibus nostris debite; ille  
naturam Fidei, omnis Religionis, legislationis divinae, vita &  
mortis æternæ, pervertit & negat sanctorum, imo & Domini  
nostrri JESU Christi obedientiam proscindit, & hominibus per-  
suadet, non esse licitum, ut permoveantur ad obedientiam rationibus atque argumentis iisdem, quibus Deus in verbo suo uti-  
tur, atque etiam ipsissimum ponit fundamentum Davidiano-  
rum & Libertinianorum, qui vitam æternam negant.*

*Calviniani* eandem inflant tibiam, ut ex Calviniano ipso  
tissim. *D. lib. 3. Inst. cap. 14. §. 21. ex Beza, Zanchio, Gryneo, Bertio, Alste-  
dio, Goclenio aliasque jam pridem a nobis demonstratum est.  
Joh. Piscatoris nota sunt dictoria in cap. 20. Matth. cap. 6. Rom.  
cap. 1. Ephes. cap. 3. Tit. ubi cum aliis Calvinianis pervertit di-  
ctum illud, qvod DEUS per regenerationem & renovationem  
nos servet, tanquam per lavacrum quoddam (per lavacrum re-  
generationis & RENOVATIONEM, Tigurina Biblia habent  
ed. an. 97.) quo scilicet abluiunt a loidibus peccati; cuius lava-  
cri sigillum est Baptismus.*

Sic

Sic *Anabaptista* criminantur doctrinam Lutheranorum, *Anabaptis-*  
teste Wigando, qvia semper de fide clamitent; operum vero *st&aacute;* *Vid. Wi-*  
parum meminerint. Secundo doceant, fidem absqve operibus *gand* *Anab.*  
justificare, qvia dicant, bona opera non esse ad salutem necesse. p. 451. ex li-  
faria, nec posse consistere iuxta fidem. Et denique ebrietatem, *bra* *Mona-*  
*fornicationes & alia peccata apud Lutheranos inveniri.* *st&riensium.*

*Osiander* in Borussia affirmavit, frigidius glacie docere eos, *D. Wigand.*  
qui affirmit, sola fide nos coram Deo justificari. Ubi *Arropaeus* in *Osiand-*  
Wigando respondit: *Osiander* potius voluit monstrare, *dristmo* p. 41.  
qvod non tantum clamandum esse de justitia multum, sed vere  
etiam justitia praestanda sit. *Qvanta enim sit vitiae licentia, pas-*  
*sim manifestum esse.*

Huc *D. Gregorii Majoris* collinearunt propositiones: *Bo. V. Osiand-*  
na opera ad salutem esse necessaria: *Neminem ungquam sine Coni.* 16.  
bonis operibus salvatum. Impossibile esse, sine bonis operibus *Mansfeldi-*  
*salvari.* *Arminiani* inter alia pietatis impedimenta, qvæ do... *cos Form. c.*  
*Etina nostra habeat* ( e. g. qvod legem perfecte impleri posse, &c.)  
qvod vires liberi arbitrii in spiritualibus negemus, qvod omnia  
renatorum opera statuamus immunda, & peccatis contaminata )  
hoc etiam nobis proponunt, qvod sola fide hominem justificari,  
& bona opera ad salutem necessaria non esse doceamus.

At vero nostrarum Ecclesiarum *oēθodoξia* *Liber Concor.* *De Justitia*  
dix probat dictis Rom. 4. Et qui non operatur &c. exemplis A- fidei coram  
braba, Davidis Gen. 15. Rom. 4. Hebr. 11. Psalm. 32. ubi simul *7a*- Deo p. 609.  
cobi c. 2. ( de Abrahamo ) dextro explicit ex Apol. Aug. Conf. pag. 63.  
nec non documentis, qvod sola justitia Christi ( qvæ fidei impu- 1. *Dicit.*  
tatur ) coram judicio Dei stare possit; qvod alias perturbatæ 2. *exempla-*  
mentes certam firmamqve consolationem habere non possint, 3. *Documen-*  
ta. Rom. 4<sup>o</sup>  
Rom. 4. ut firma sit promissio. v. 16.

### QVÆSTIO IX.

*An quod Ecclesiæ precepta respuamus, bipatentes*  
*vitiis aperiamus fores?*

G

Petrus

2. Pet. 2. v. 2. PETRUS vult; obseqvi suos auditores Propheticarum & Aposto-  
 Tom. 2. disp. Lorum præcepto (πνεύτων, εὐθόδοξος) Apostolicis ergo tradit-  
 s. de legibus titionibus & Ecclesia definitionibus morem gerendum esse con-  
 g. 6. dub. 3. cludunt Pontificii. Legatur Apologeticus Tanneri, copiosissime  
 popb. hac de re differens, nec non Theologia ejusdem Scholastica, ubi  
 Petri nostri sententias 1. Pet. 2. & 5. citat. Vid. Bellarm. l. 4. de  
 Pontif. c. 16. Et solent nobis vellicare aures de hæresi Acrii, qui  
 negaverit Ecclesiæ leges obligare conscientias, ex Epiphanius hær.  
 75. Augst. hær. 53. Huc collimare videtur etiam D. Fornerus. Ac-  
 non intolerabilis fator, omnes Ecclesia Catholica ceremonias sub-  
 fannare, & idololatria criminis turpiter conspurcare, earumque lo-  
 co omnem impietatem subintroducere, & explantatis omnibus  
 Christiana pietatis incitamentis, Atheismo Machiavellico adiurum  
 pandere? hoc fatore quam plurimis naufragium peperit Ollaris Ca-  
 pag. 34. scus Confessionis Augustanae. Et alibi: Casii sui fragmen in hanc  
 Socr. l. 2. c. ollam injecti EUSTATHIUS Hæresiarcha, cum suis Eustathianis,  
 33. pag. 47. qui Basileas & loca sanctorum Martyrum reliquiis instruxerat, con-  
 temptum abjiciebant, & omnia ab Ecclesia prescripta jejunia, velut  
 iudicira cripundia aversabantur. Objicit idem Fornerus, quod nul-  
 las in Ecclesia ceremonias, nullam plane Episcoporum Jurisdi-  
 ctionem agnoscant Flaciani compluribus in libris contra Wit-  
 Regula cre- tenbergicos Adiaphoristas. Ut & Valerianus Magnus nos in-  
 dendti, p. 55. cusat, quod tollamus Jurisdictionem Ecclesiasticam, & Ecclesi-  
 am permittamus unius cuiuslibet libidini. Injuriam a. hic fieri  
 nostris Ecclesiis, ipsa Praxis ostendit. Nullo modo probamus  
 Vide CL. & impium Thomæ Erasti librum, quo censuras Ecclesiasticas pro  
 Excellentis scribit, & Consistoriorum Jurisdictionem damnat: Cujus refu-  
 simi Theolo- gationem & Beza ipse peculiari tractatu instituit, alias ipsi opo-  
 gi Regii D. Ιησοῦ in religione, & nostri Theologi animose tentarunt,  
 Erasmi nervole præstiterunt.  
 Brocmand Habemus per Dei gratiam optimas Constitutiones, & le-  
 Syst. Theol. ges Ecclesiasticas, πρός οἰκοδομὴν, εὐταξίαν, καὶ ἴνσημον  
 Tom. 2. p. facientes; & novimus, quibus illarum cura incumbat, vigore  
 990. transactionis Passaviensis. Eas tamec dñe & specialiter obli-  
 gare

gare conscientias, ideo non concedimus, qvod ipsi Apostoli ejusmodi potestatem conscientiis leges ferendi sibi non arrogarunt: *Hoc ad utilitatem vestram dico, non ut LAQ'ELIM vobis iniiciam* 1.Cor.7.35. *Non quod dominemur fidei vestra* 2. Cor. 1.24. Intellecerunt enim, qvod liberati sumus ab humanis obligationibus Act. 15. 1.Cor.7.23. Gal.5 qvod solus Deus legislator & judex noster Ef.3.3. v.22. Iac. 4. v.11. qvod res adiaphoras Ecclesia jubeat facere vel omittere, non ob mandatum suum, sed ob causas mandati justas, observationem ordinis, scandalis vitationem. Faciles v. damus, qvod *indirecte ac yavvūō bona commo* Rom. 13. 2. dæque leges Ecclesiasticae conscientias etiam obstringant, siquidem Magistratus, qui tulit illas, Dei ordinatio est; cui qui resistit, Dei ordinationi se opponit. *Hoc v. sine conscientiae læ-* 1. Dicta 2. fione fieri non potest. Obviandum utique Præpositis, non obligandiendum: ut & primitiva Ecclesia suo præivit exemplo, 3. Documenta Generalia illa SS. Apostolorum præcepta, dum omnia fieri ad decorum, ad ædificationem, sine scandalo, sine contumacia jubentur, magna laxe protervia, nec sine vulnera conscientiae, violentur, si quis legibus Ecclesiasticis petulanter contravenire velit. Consuluntur scripta meritisimorum Theologorum, D. Hunnii, D. Heilbrunnerii contra Tannum, ut qui nobis in Scholastica Theologia loco citato suum commendat Apologe, 1.Cor.11. p.16. 33-34. 1.Cor. 14. vi. 40. 5.q.6.dub.3. ticum, pro Relatione de colloquio Ratisbonensi, intelligat, commendatione tam operosa opus non fuisse. Adeatur etiam B. Meisneri nostri Tractatus luculentus & incohussus, de Legibus.

## QVÆSTIO X.

*An doctrina hac, qvod Deus futura etiam contingentia & mala prospiciat, causa sit flagitiorum?*

**Q**uod exorturi sint Empreß, Petrus prædicit. Novit igitur Spiritus, qui est in Petro, futura & contingentia & mala. Socinus, & ex hoc Vorstius (confer.c.13. Apolog. Exeg. cum prælect. Socini c.8.9.10.11.) disputat, qvod nulla ratio, nullus. Qvæ Scripturarum sit locus, ex quo aperte colligi possit, Deum

præsertim mala ex voluntatibus humanis dependentia scivisse  
antequam siant. Item: Deum præterita tanquam præterita  
scire, futura tanquam futura, præsentia tanquam præsentia:  
Deo non simpliciter præsentia omnia esse posse, ut sunt volun-  
tariæ hominum actiones, quæ nondum revera extiterunt. Ni-  
mirum non vident, quomodo infallibilis Dei præsentia non  
possit actionibus hominum flagitosissimis necessitatem non af-  
*Georg. Cas-*  
ferre. Hoc n. nomine *Cassander* ipse Lutherum sugillat. *De*  
*sander in præscientia vero divina, inquit, quamvis confidendum sit illi, omnes*  
*consultatio-*  
*tam pravas quam bonas actiones hominum esse subjectas, tamen*  
*ne pag. 158. falluntur, qui ex ea ob certum ordinem causarum & rerum, aut*  
*fatalem necessitatem, sublata omni voluntatis libertate contexue-*  
*runt: aut liberitate voluntatis & contingencia rerum concessa,*  
*præscientiam tollendam putaverunt, quoniam utrumque simul esse*  
*non posse arbitramur. Prius Lutherio in prioribus suis de servo*  
*arbitrio disputationibus accidit.*

*D. Gravv. p.* Multum molestia creat hæc disquisitio Theologis, ut illu-  
304. *Centu-*  
*strissima Jesuitarum de Scientia Dei media dicitur, ostendit,*  
*& nostri etiam Theologi prudenter monent. Est & alia objec-*  
*tio multo difficilior in hunc modum: Deus ab eterno præcivit*  
*Antichristum peccatum: Ergo Antichristus peccabit. Hæc*  
*consequentia est legitima, & antecedens hujus consequentiae est*  
*necessarium: Ergo & consequens necessarium est, cum necessitate*  
*a. non potest stare libertas. Et confirmamur ex regula diale-*  
*ciorum, quia quando Conditionalis propositio est vera, si antece-*  
*, dens ejus est absolute necessarium, etiam consequens est absolute*  
*, necessarium: aliqui in bona consequentia posset antecedens*  
*, esse verum, & consequens falso: Sed hæc conditionalis est*  
*, vera (si Deus hoc scivit futurum, hoc ita veniet) & antece-*  
*, dens est necessarium. Ergo etiam consequens est necessarium.*  
*, Hoc argumentum dicebat Wicleffus adeo esse efficax, ut Ar-*  
*, macanus viginti annos in solutione ejus laboraverit, & tan-*  
*, dem vietus coactus dixerit, Deum in sua præscientia posse er-*  
*, rare. Sed nihil tale in Armacano legitur. Unde satis appetet*  
*Wiclef-*

Wicleffum falso hoc ipsi imposuisse, notante sic Thoma Wal-  
dengi &c. Notæ sunt a Patrum piorum & assertiones & ratio-  
nes: Omnia, qvæ scivit Deus non est auctor, alioquin & blas-  
phemiarum, qvas Antichristus in Deum evomet, auctor depre-  
henderetur &c. Si Dei præscientia induceret necessitatem,  
concluderetur recte, eundem Deum esse privatum omni liber-  
tate, neque, qvæ fecit, fecisse aliter potuisse, & ex consequenti  
nihil ejus bonitati, nihil liberalitati, nihil misericordiæ tribui  
posse, sed potius fato cuiquam & necessitat. Et cognita esse  
Deo contingentia etiam futura, dicta scripturæ fere innumera, in-  
dictiones & exempla plurima, rationes & argumenta gravissima  
satis superque reddunt dilucidum. Novit omnia unicus ille  
non πολυτέλεια, sed παντοτέλεια. Novit Pseudo proph. fallacias, il-  
lacias, astus, violentias. Novit Empæctarum insultationes. Et  
Novit Gogi, Magogi, Antichristi & asseclarum incursiones. Et  
qui oculum sinxit, non considerat? Ps. 94. 9.

August. l. 3.  
de libero ar-  
bitrio &c.  
V. Fulgent.  
l. i. contra  
Monimum  
c. 20. &c.  
1. Dicit. 2.  
Exempl. 3.  
Documenia  
Job. 21. 17.  
Matt. 7. 15.  
2. Pet. 2.  
Jude v. 17.  
18. Ezech. 38.  
39. 2. Pet. 3.  
v. 5.

### QVÆSTIO XI.

*An arbitrii libertatem negando inducamus licentiam  
imo necessitatem scelerose vivendi?*

**N**os vero cum Petro prolixe fatemur, homines peccare vo- *θελοτάς.*  
luntarie, malitiose ac pervicaciter, non coactos, non neces- *Oecumenige*  
sitate inevitabili compulsi. Querela tamen hæc solemnis est, *εθελοτί.*  
tolli a nobis liberum arbitrium, adeoque poni necessarios scele-  
rum impetus & incrementa, Hugo Hermannus quinq; posuit re-  
ligionis nostræ puncta, e quibus peccatorum semina orientur  
Lam parterus novem capita, ceu turpissimas religionis nostræ ma-  
culas objicit, e quibus foeditas & iniquinatio morū concipiatur.

Der 1. daß der Mensch durch den Glauben allein ge- *Goldwage*  
recht/ heilig und selig werde. Wer wolte ihm da viel bey den *1. Theil p.*  
Sünden fürchten / wo alles aus dem Glauben wird ausge-  
richt? ic. Der 2. daß die guten Werke zur Seligkeit nicht  
vonnöthen/noch im ewigen Leben belohnet werden. Was be-  
dürffen wir dann ihrer? ic. Der 3. daß die besten Werke ei- *201.*

nes

nes Gerechten vor Gott an ihnen selbst lauter Todsünden seyn. Welcher Gottliebender solle sich nicht darvor hüten? ic.  
 Der 4. Punct. Daz man nicht schuldig / die Sünden unterschiedlich zu beichten/ noch darum Bußwerk auf sich zu nehmen. Wer will sich vor Sünden fürchten? ic.  
 Der 5. Punct. Daz keine von der Kirchen verordnete Fasttag/ noch sonst ein menschlich Gesetz/ iemand im Gewissen zu halten schuldig sey. Das ist wol eine erwünschte Freyheit; der Obrigkeite nicht mehr zu gehorsamen schuldig seyn/ als dich selbst gelüstet ic.  
 Der 6. die Leibscasteyung sey theils unmenschlich/ theils unnöthig. Was dörſen wir dann iherer? Laß gumpen/ wer gumpen mag ic.  
 Der 7. daz die Jungfrauſchafft nicht besser als der Christstand/ ja ohne sonderbares Wunderzeichen dem Menschen unträchtig sey. Was daraus für schöne Frucht erwachsen/ darf keines Auslegens ic.  
 Der 8. die geistliche Gelübd der Armut, Keuschheit, Gehorsam/ und alle andere seyn ungültig und unchristlich. Wer solts denn geloben und halten? ic.  
 Der 9. daz der Mensch in göttlichen Sachen keinen frehen Willen habe: auch nicht das Gut oder Böse zu thun oder zu lassen ic.  
 Denn da sind 9. schöne Puncten/ der Lutheris Lehr; du aber lieber Leser/ laſſe die seyn/ es sey ein Orden oder Cloſter/ welches diese 9. Regeln hat:  
 iehi frage ich/ wer da würde Abbt seyn? De octo primis articulis suis locis. Jam de ultimo. Eandem in nos actionem Photiniani instituunt: Hominis arbitrium in iis, qvæ ad salutem Socin. p. 15. æternam pertinent, nullam proſus libertatem habere, est ejus quod Evang. modi dogma, ut ipsum per se omnem religionem ac pietatem pessundare possit. Ita Faustus Socinus. Sane in mensa solis posita est nostra de libero arbitrio sententia. Habere hominem post lapsum aliquod liberum arbitrium in rebus rationi subjecti: Ita A.C. art. 12. enim A.C. De libero arbitrio docent, quod humana voluntas V. August. habeat aliquam libertatem ad efficiendam civilem justitiam & delib. 3. Hy ligendas res rationi subjectas. Et longe luculentius Apologia A. pugnostonicon. C. Negg v. adimimus humanae voluntatis libertatem. Habet humana

manus

mania voluntas libertatem in Operibus & rebus diligendis, quas Confer aris  
ratio per se comprehendit. Potest aliquo modo efficere justitiam culos Smal  
civilem, seu justitiam operum, potest loqui de Deo, exhibere Deo cer- caldicos  
tum cultum externo opere, obedire Magistratibus, parentibus, in o- part. 3.  
pere externo eligendo, potest continere manus a cede, ab adulterio,  
a furto &c. Quamque tanta est vis concupiscentia, ut malis affecti- Eph. 2. v. 2.  
bus sepius obtemperent homines, quam recto iudicio. Et diabo-  
lus, qui est efficax in impiis, ut ait Paulus, non desinit incitare hanc  
imbecillum naturam ad varia delicia. He cause sunt, quare & 1. Dicitur.  
civilis iustitia rara sit inter homines, sicut videmus ne ipsos qui- 1. Cor. 2. 14.  
dem Philosophos eam consecutos esse, qui videntur eam expeririisse. 1. Cor. 1. 12.  
At vero in spiritualibus, in conversione hominis, vires libeti at- 2. exemplie.  
bitrii nullas esse, doceat tum A. G. tum i*sworund* ex his scripturae Eph. 4. v. 7.  
Oraculis: Animalis homo non percipit ea, quae sunt Spiritus Dei: Luc. 8. v. 10.  
stultitia non est illi & non potest intelligere, quia spiritualiter exami- Rom. 3. v. 12.  
natur. Et quia in sua sapientia non cognovit mundus persapienti- Eph. 5. v. 8.  
am Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere Act. 26. v. 18.  
Credentes. Huc exempla. Gentes ambulant in vanitate sensus 3. argumenta-  
sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita 115. 1  
Dei per ignorantiam, quae est in illis propter coecitatem cordis Job. 1. v. 5.  
ipsorum &c. Videntes non vident &c. Huc argumenta: Qui n. Eph. 2. v. 11.  
tenebre sunt, qui mortui in peccatis, nihil lucis, nihil virium ha- Col. 2. v. 13.  
bent ad spirituales motus efficiendos.

## QVÆSTIO XII.

An pœnitentiam, quam Petrus urget, depravando, more-  
mur, auditores, ne contritione cordis, confessione oris,  
satisfactione operis serio ac fructuose  
resipiscant?

**A**D pœnitentiam omnes a Deo invitari Petrus testatur. Jam 2. Pet. 3. v. 9.  
Av. contra nos surgunt antagonistæ Pontifici; qui persua-  
dere alii volunt, non tantum ipsum Panitentia nomen exosum  
nobis esse; sed multo minus rem ipsam satis cognitam.

Bellar. l. 2. Id nimurum Lutherani audire cupiunt, ait Bellarm. Paenitentia de penit. c. siam agi sfaviter dormiendo ac potando: quibus aptissime conve-  
18. i. de con- nit, quod scribit Tertullianus in libro de paenitentia, cum ait: Num tritione cor- ergo in coccino, & Tyrio pro delictis supplicare nos concedet? cedo dis.

acum crinibus distingvendis, & pulvrem dentibus elmandis &c.  
Cum quis interrogavit, cur anima largiaris? Deliqui (dicio) in Deum, & periclitor in aeternum perire. Et alibi exagitat nos Bellarm. quasi subitanas tantum passiones, & subitanos leves terrores pro contritione habeamus. De hujusmodi terroribus haec habet: Terreri, cum intentantur mine, non est ullus virtus actus, sed naturalis affectio, quam etiam in pueris & ipsis bestis cervimus.

lib. i. c. 28. De Confessione, qua altera illis Poenitentiae pars est, placet 2. De Con- huc referre, qua Jeluita Fornerus habet: Reference Dominico & fessione oris Soto quondam Caroli V. Theologo & Confessario aurito, inquam, & Apophoreto oculato bujus rei teste, cum idem Imperator Noribergam transfret, p. 81. In supplicatum fuit pro parte civium, ut auricularis, quam vocant, Tract. de ju- confessio pristinum in locum atq. usum restitueretur: eam namq. stitia & apostata illi Propositi & Parochi Georgius Besler & Hector Bemer, cum ceteris, Ecclesie Catholice parium Sacramentis, partim Cere- moniis ac ritibus, aboleverant. Caussam addebat, tantam ser- rum atq. ancillarum ab eo tempore infidelitatem, tot furtu & re- rum domesticarum subtractionem, tot deniq. nefande libidinis fec- lera, tot abortu & Infanticidia, ut graviora taceantur, deprehendi- di, qua tanquam antea, vigente confessionis usu, fuerant inaudita; nec apparere ullum malum remedium, nisi confessionis exercitium resti- tuatur. Imperator, negotio cum Theologo & Confessario suo prius de- liberato, tandem respondit: Negotium esse penitio spirituale, Imperato- riamq. potestatem transcendere: Oportere igitur, ut bac de re a- gant cum Bambergensi Episcopo, ordinario Presule suo; qui quod fa- cito opus esset, baud dubie sit praefiturus at non placebat illis adire Episcopum, cuius jugum, jam contra eas nefasque excusserant.

3. De Satis- factione o- peris. Bel- larm. l. 3. de paen. c. 2. De Satisfactione, quam tertiam statuunt Poenitentiae partem, itidem mire contra nos insurgunt, & triumphant. Ita n. Bellar- minus:

Fuit alia haeresis Audianorum, temporibus Valentiniani senio.

senioris; quæ (ut ex Theodoreto l. 4. de fabulis hæreticorum intelligi potest) Confessionem quidem peccatorum jubebat, & Absolutionem largiebatur, sed nullam injungebat Pœnitentibus multam: & ideo pœnitentes, quia per jocum a cludum Confessionem a se exigunt intelligebant, gravia peccata celabant, & solam pauca quædam ac levia fatebantur. PLANE AD EUM MODUM, QVO NUNC LUTHERANI CONFITERI PEGCATA CORAM SUIS MINISTRIS SOLENT. Ita Baile, atq; ex eo Lamormaini, Audejanis nos æquiparat, qui contenderunt, Satisfactionem, seu pœnitentiam a Confessario impositam pœnitenti, vexationem esse. Sed ignota plane est Petro nostro hæc Pœnitentia forms. Ubi enim ab eis, quos ad Pœnitentiam vocavit, exigit Contritionis MERITUM? Confessionis sufficiens? Satisfactionis precium? Judæ fortassis pœnitentiae rectius contritio, confessio & satisfactio convenit, quam Petri, quam Thomæ, quam Matthei, Zacchæi, Mariæ Magdalenæ, i. *Dicit*, quam Davidis, Historia Manasse. Igitur probamus illis fidem 2. Exempla tanquam animam Pœnitentia minime fuisse a *συστοιχίᾳ* ejus ex. 3. Momenta cludendam. Huc n. dicit Matth. 21.32, Marc. 1.15, Act. 20.21. Huc Rom. 5. v. 1. exempla Protoplæstorum, Davidis, Peccatricis. *Remissa sum tibi peccata tua, fides suæ salvam fecit, abi in pace.* Luc. 7.48. Thomæ Joh. 20. 29. 30. Huc ipsa rerum momenta. Hæc fides conficitur remissionem peccatorum. Hæc fides justificat coram Deo, ut idem locus testatur: Justificati ex fide. Hæc fides ostendit, discriben inter contritionem Judæ & Petri, Saulis & Davidis, ait Apologia A. C.

### QVÆSTIO XIII.

*An hinc toties tamque graviter homines peccent, quod docentur a nobis, etiam gravissima quæque peccata per pœnitentiam tolli?*

**S**ane Petrus a pœnitentia portis, semper in hac vita patentibus, cum orationis portæ nunquam clausæ sint, excludit ne *πάντας* *P.*  
H *minem*

Gal. de ar- minem Deus vult, OMNES, ait, penitentiam agere. Ita praxi  
 canis Ca- sua Apostolica omnes ad gratiam invitavit, admisit, adduxit. Ze-  
 thol verita- lis igitur praeposterus & ἀγλα Novati, Acesii &c. : qui not-  
 tis, l. 10. c. 3. omnibus post penitentiam lapsis gratiam audebant promitte-  
 Euseb. l. 6. re: Unde Constantinus Imperator: Θεολογία κλίμακα, κατ  
 cap. 43. Epis πονώντων εἰς τὸν θεόν. Appone scalam, Ascensi, & solus  
 p̄ban. So- cēlum consende. Novatianorum sententiam damnari a suis, ait  
 crates. l. I. Smalcus. Sed quād longe absit ab illis, ex diversitate, quād af-  
 eap. 7. fert, apparet. Novatiani ait, hominem renatum peccare posse ne-  
 Smalcus p. gabani: nos eundem peccare posse, & graviter, affirmamus, nec ta-  
 368. sq. con- men, perdere eum suam regenerationem, credimus, nisi peccati ha-  
 tra Fran- bitum contrabat, hoc est, nisi crebro peccatum illud iteret. Quid v̄  
 zium. Smalci, residuum huic facis, qui peccatum crebro iteraverit? An-  
 ne a foribus penitentia & adytis gratia omnino exclusus est?  
 Audiamustua verba: Quod v. conqueritur lib. 130. (D. Franzius)  
 de misera & periculosa conditione illorum, qui per carnificem  
 passim jugulantur, 2. qui propter peccata magnis morbis divini-  
 tus coripiuntur, & in iis extinguntur, 3. qui morte cruenta &  
 immatura extinguntur, 4. qui simili aliquo modo pereunt, sic,  
 ut judicia Dei in illis sicut manifesta, utpote quod terra absorbet,  
 quos ignis egredens a Domino devorat; & id rectissime facit  
 Franzius. Qyanquam n. fieri fortassis potest, ut tales serventur ob  
 id ipsum, quia penitentiam, vulgo ita appellatam, agant, hoc  
 est, deplorent peccata sua, quae pars est penitentiae, si ob pecca-  
 ta ita puniantur: tamen miserum omnino est ita extingui & peri-  
 re, & periculosem. Certum n. est, tales vere & perfecte respescere  
 non posse eo modo, quem Deus ordinarie ab hominibus requirit, ni-  
 mirum ut vitam ante aetatem corrigant, nisi sola mente & voluntate.  
 Hanc. v. an Deus semper sit acceptatus dubium omnino est,  
 licet non omnino incertum. Ex iis v. quae fieri quandoque possunt,  
 regulam constitutre universalem, aliud r̄ibile est, quād homines spe  
 inani lactare, & turpiter animas eorum perdere. Ita igitur censes,  
 Smalci, nos animas perdere, cum gratiam Dei & salutem facin-  
 rosis promittimus. Ita statuis habendas nos peccantibus relaxare,  
 dum

Qum affirmamus 1. qvod renati, licet Spiritu carnis facta occidunt, tamen interdum labantur &c: 2. renatos profiteri, se ad- *Smal. p. 191.*  
huc esse peccatores, &c. 3. qvod Spiritus S. obedientiam in re-  
natis inchoaverit tantum &c. 4. qvod plerique omnes sanctissimi viri, gravibus & aliis saepe reperitis vitiis deliquerint &c. 5.  
qvod satis sit ad fidelem vel renatum constituendum, si pecca-  
tum agnoscat & deploret &c. 6. qvod ubi peccatum crucifigi-  
tur & mortificatur per spiritum, ibi est poenitentia & fides in  
Christum &c. 7. qvod Deus tantum illis peccata imputat, qui  
duræ cervicis sunt, & qui concupiscentias carnis sine cessatione  
contra conscientiam petulanter & malitiose faciunt &c. 8. qvod  
post conversionem denuo in peccatum pro lapsus homo, si poe-  
nitentiam seriam agat, omnino poenitentia locum reperiat &c.

Qvod a. atrocissimis etiam peccatoribus, cum poenitenti-  
am agitur, venia non deneganda sit, *textibus scripture & efficacissi-*  
*mis & consolatione ac Spiritu plenissimis evincitur.* Vivo ego,  
dicit Dominus: qvod dictum non tantum Job. Piscator nefarie  
conatus est eludere; sed & Smalcianus diabolico plane instinctu  
audet depravare ( *Hic locus singularis est &c. magis, qvod Deus* *præstare possit, quam quid ordinarie velit & præbet, decet &c.* *Hic p. 294. 39.*  
*per vocem nolo, non absoluta Dei voluntio (ut sic loquar) qua Deus* *p. m. in Vin-*  
*necessario aliquid non vult, intelligitur: sed tantum id indicatur,* *dicius Smal.* *B. Fran. D.*  
*quod comparate ita dici potest, quia Deus eam non delectatur* ) *& Dm. 3.*  
*Ex. 34. v. 6. 7. Ps. 103. Ezech. 16. 1. Tim. 2. 1. Joh. 2. &c.*

Eadem Dei gratia elucescit exemplorum inductione. Ma-  
nasse, in orat. Pauli. 1. Tim. 1. Matthæi Matt. 9. Zachæi Luc. 19. La-  
tronis Luc. 23. Romanorum, Corinthiorum, Germanorum. *Brockman.*  
*ex 2. Petr. refutavit.*

Sed & documenta evidentissima paternam illam Dei in nos  
misericordiam stabilunt. Omnia populi Israelitici peccata  
Leviticiis Sacrificiis solennissime expiabantur: etiam maledi- *3. Documen-*  
cæ, perjuria, furtæ &c. Typus hoc erat corporis. Ecce agnus *14 Lev. 16. 21.*  
Dei, qui tollit PECCATUM mundi Joh. 1. Huc Spiritus S. mi-  
nisterium, absolutio, Sacramentorum usurpatio, & similia do-  
cumenta.

## QUÆSTIO XIV.

2. Pet. v. 10. An ab extincto Purgatorio refrigerescat in nobis  
14. honorum operum studium?

Corn. a Lin*cii*, ut est ap. Corn. a Lepide: Tertio ignis hic purgabit justos  
2. Pet. 3. pag. tunc viventes, qui aliquid culpe vel poenitentium & expian-  
418. dum habebunt, uti docet S. Paulus i. Cor. 3. v. 13.

Quem ignem piacularum cum nos negemus & pictum si-  
cillumque dicamus, censem illi, magnam in securitatem no-  
strorum propterea homines protuerem. *Ista opinio*, ait Bellarminus,  
*Bellar. l. i.* qva tollit Purgatorium, non solum est falsa, sed etiam pernicioса  
de purg. c. ii. siquidem homines socordes facit in peccatis cavendis, & bonis ope-  
ribus faciendis. Qvin cogitat, nullum esse purgatorium, sed omnia  
peccata per mortem aboliri in iis, qui moriuntur cum fide, facile  
dicit apud se: Quorsum ego labore in jejuniis, precibus, conti-  
nenia, eleemosynis? cur fraudo cor meum deliciis & voluptati-  
bus? quandoquidem in morte sine pauca sine multa peccata habue-  
ro, omnia debebuntur. Et qui cogitat remanere prater Gehennam,  
ignem acerrimum Purgatorii, & quidquid hic delectum non fuerit  
per debita penitentia opera, ibi diluendum, certe diligenter cau-

In Apophth. ior que evadit. Atque hinc in censum haereticorum nos conseri-  
res p. 38. bere non verentur. In hunc ollarem Caseum, rudit Fornerut,  
fragmenta caseorum suorum certatum injecere FETROBRU-  
SIANI & PSEUDOAPOSTOLICI, qui cruces & crucifixi sta-  
tuas, Basilicarum constructiones & consecrationes ironice exi-  
bilabant: Eucharistiae consecrationem & veritatem negabant,

Sic & Ca- Dies festos, Chrismatis & olei consecrationes, ignem purgatori-  
tecb, Baile. um, orationes & suffragia pro defunctis exterminabant &c.

Hosce jam commemoratos praeclare imitabantur ALBIGEN-  
SES, qui & ipsi Romani præsulis, summi Ecclesiae Pontificis,  
Divi Petri successoris, jugum excusserant, suffragia pro defun-  
ctis sustulerant. Extremæ unctionis Sacramentum annihila-  
um in con- fultatio. Purgatorium ignem, ut sibi persuadebant, oppresserant. Sic  
Pax-

**Pazmannus** Jesuita (demum Cardinalis) in Hodego suo evincere annititur. Religionem Pontificiam nullum docere libertatis (peccandi) fundamentum, qvia doceat t. unum mortale peccatum sufficere ad damnationem, si homo tempestive non convertatur. 2. fidem nihil prodesse, nisi boni mores peccatiqve fuga accesserit. Religionem illam adminicula bonorum operum habere scribit 1. Confessionem Privatam. 2. purgatorii tormentum. 3. bonorum operum meritum. 4. flagellationes, jejunia, vitaqve monastica instituta.

Sed qvod piacularibus illis Purgatorii flammis nihil proficiant Pontificii (de Judæorum, de Weigelii Purgatorio nihil ad-dam) in moribus suorum emendandis, non Praxis solum docet, sed & apertissima ratio. Nam omne Dei consilium Apo-stoli nobis revelarunt, teste Paulo; & ita quidem, ut nihil extra illis protulerint, qvæ a Prophetis. At v. de clibanî illius follibus solide nihil Lamparterus: **Den Glauben** (de purgatorio Lamparter-loquitur) nehmen wir nicht aus den Schulfragen / sondern rur *contra* aus dem Wort Gottes / und sonderlich aus dem ungeschrieben D. Reibing. nen welches sich nicht alſo hin und her ziehen läſt/ wie das ge Tom. 2. pag. schriebene oft leyden muß. Das ungeschriebene bleibt unver 547. fälscht/ und hat iederzeit all einig (NB. iederzeit all einig) Die Kecher aus dem Feld gejagt/ und wider sie triumphirt. Eavanescunt igitur folles isti expiatorii, qvod alibi fusius docetur ex Scripturæ silentio. 2. exemplorum (hominum ad vivos rever-sorum) lubrico fundamento 3. sufficientissimo Christi merito & pro nobis suffragio. Evolvatur meritissimi nostri Meisneri p. m. Deuter. 33 opusculum secundum indulgentias Romani Papæ oppositum. 22. 2. Pet. 2. Sane qui non terretur inferni æternis cruciatibus, qvos verbum & 3. Num. Dei 1. dicit, 2. exemplis ac 3. irrefutabilibus documentis proponit, 16. 33. non video, qui Purgatorii temporales ignes, pecunia & Indul-gentiis facile redimendos, majoris facturus sit.

### QVÆSTIO XV.

*An alamus fomenta perversa vite, cum judicium extremum piis dicamus non formidolosum, sed cum gaudio expectandum?*

**E.Pet.3.v.16.** **I**ta sane ultimi & decretorii illius diei depingit Petrus,  
seq.  
**2.Pot.4.v.18.** **Q**uo & alibi respicit:

**V.De Italia**

**Nathan**

**Chytrai.**

**Dom.1.Adv.**

**V.Vindicias**

**Mebfureri**

**Svarez in**

**Apoc.p.557.**

**Dies iræ, dies illa.**

**Quando venerit in favilla,**

**Tense David cum Sybilla:**

**Quantus tremor est futurus,**

**Quid sum miser tunc dicturus?**

**Cum vix justus sit securus &c.**

Objiciunt itaque nobis adversarii, quod si non tollamus  
plane judicium extreum (cujus tamen criminis nos Bartfcius  
insimulat) saltem elevemus, & fidelibus non adeo extimescen-  
dum statuamus. Sic Svarez: Impudens est haereticorum do-  
ctrina, qui hoc judicium Christianis timendum non fere do-  
cent, nec Christum, ut condemnent, sed ut salvem, tribunal judi-  
cii elevaturum.

**Stapl. D.** Sic Stapletonus: Haeretici hodie, ut suam solam fidem ac  
Advent.

**Barrad.** certitudinem gratiae statuant, omnemque divinæ justitiae timo-  
rem hominum animis & conscientiis penitus eximant, qui pri-

**Tom. 3.** mus & potissimum fuit Lutheri scopus, cum has in Ecclesia tur-

**Evang. 1. 9.** bas excitaret, etiam hanc de extremo iudicio doctrinam corrump-

**c. 18. Greg.** punit, totum fidei tribuunt, ne justitiae examini, terrori, iudicio

de Valentia ullus locus sit. Itaque nonnulli e Pontificiis non tantum impio-

**Tom. 4.** rum peccata, sed una piorum, in iudicio illo solennissimo, omni-

**Disp. 11.4. p.** um Angelorum hominumq; spectaculo, publicanda esse statu-

**3. Luc.28.18.** unt, ea etiam, quæ per resipiscientiam sint expiatæ; ex allegatione

**Rom. 8. 27. textuum, Eccl.11.14. Matth.12.36. 1. Cor.4.5. Apoc.20.12. Dan.7.10.**

**34. Matt.25. Act.17.31.** quo etiam nomine, ut præludio, in codice sacro, lapsus

**v. 35.** Mosis, Aaronis, Davidis, Hiskiae, & aliorum sint consignati & o-

**mnibus obvii. Sed bene se res habet. Ut impiis dies illo formido-**

**losissimus, ita electis erit acceptissimus ac jucundissimus. His n.**

**1. Diua.** Christus apparebit redemptor Luc.21. (At tollite capita vestra, quod

**dies απολύτρως appropinquant intercessor) Rom. 8. Salvator**

**2. Exempla.** Matt.25. Non intrabunt in iudicium Joh.3.5.8.11. Ideoq; Simeon,

Ste-

Stephanus, Paulus, Johannes, ad mortem non expaverunt, ad-  
ventum optarunt, & animæ martyrum judicium illud experie-  
runt. Sane hic etiam articulus in Symbolo inter reliquos conso-  
latorios positus est; ac constat, omnia quæ scripta sunt, ad no-  
stram doctrinam scripta esse, ut per patientiam & consolationem Apoc. 6. 10.  
*Scripturarum spem habeamus.* Rom. 10. v. 4.

Itaque Canticum illud ad gratia tribunal dum provocat,  
stendit, fiduciam consolationum non exclusam esse.

Rex tremenda maiestatis  
Qui salvandos salvas GRATIS,  
Salva me fons PIETATIS.  
Recordare Iesu pie,  
Quod sim causa tua via,  
Ne me perdas illa die.  
Quarens me sedisti laetus;  
Redemisti cruce passus,

TANTUS LABOR NE SIT CASSIUS.

QVÆSTIO XVI.

An quod Electos non posse gratia Dei finaliter excidere, viam  
sernamus ad securitatem & nequitias?

**I**ta qui ab Huberi partibus militant, sibi persuaserunt. V.D. Joh.  
Keckium ut 280. & p. 75. & manuscripta, aliaq; non pauca. Sane  
Petrus cohortatur suos nosq; omnes, ut demus operam, ne exci-  
damus tamen idia iniquitas a propria stabilitate. Larga v. nimis 2. Pet. 3. v. 17:  
consequentia hinc infertur, electos ipsos proprie sic dictos salutis v. Quod  
posse facere naufragium. Et tn. Faustus etiam Socinus ita Ec. Evangelica  
elesia consuli posse putavit, si doceatur, posse perire eos, qvos pag. 13.  
Deus saluti destinaverat, id ob iporum penitentiam. Qvinimo  
stimulo hoc ad perpetrandam facinora nostros excitari putat, si E-  
lectionem non suspendamus a prævisione bonorum operum.  
Quid opus est studere, ut Deo & Christo obedias, si jam nulla ha- Ibid. p. II.  
bita futura tua ejusmodi obedientia, l. inobedientia ratione, immu-  
tabili decreto divinitus statutum est, an v. damnari debeas?  
Et si vero respectu nostri, qvi a priori, de Prædestinatione &

Mantua in  
ade Franc-  
cift.

Re-

Reprobatione judicium ferimus, ex electis fieri posse reprobos concedatur, id est, quando homo renatus peccatis in conscientiam ejicit Spiritum S. & in illis perseverat, tunc manifestum sit, illum non esse in censu electorum, sed reproborum, & vice versa: tamen qui Electus est, non nostro judicio, sed respectu divina

1. *Dicitur.*

præscientia & decreti divini, reprobis fieri non potest. Facta enim Electio ab æterno Matth. 25. Eph. 1. ita ut Electi perire non possint, Matth. 24. Marc. 13. Joh. 10. Huc exempla, discipulorum Christi; Nemo ex illis periret Job. 17. ubi quidem additur, ei μη, nisi filius perditionis, qui περιστροφής non hic limitative &

2. *Exempla.* determinative, sed adversative sumendus, ut Theologi docent ex Gen. 24. 38. 2 Reg. 5. 17. Matth. 12. Luc. 4. 27. Joh. 5. 19. 1. Cor. 7. 16. 17. Gal. 1. 6. 7. Ga. 2. 16. (licet alijs convenientius textui putent, per datus Christo non electos ad vitam æternam, sed datus seu commissor ad informationem intelligi.) *Electio est consecuta*

3. *Documenta.* Rom. 11. Firmum est fundamentum Dei, novit Dominus, qui sunt sui. 2. Tim. 2. Huc documenta, quæ Dei assert immutabilitas Num. 14. 23. Matth. 3. & περιπόσεως infallibilitas 2. Tim. 2.

At hac doctrina quidam abutuntur ad telam vitiorum pertinendam? Respondent Daniel & Johannes, cum uterque de libro vita egissent & doctrinam hanc nostram tradidissent: *Impie* Dan. 12. 1. 10. vivent impii neq; intelligent omnes impii: porro docti intelligent. Apoc. 21. 27. Qui nocet, noceat adhuc, & qui in cordibus est, fordescat adhuc. Apoc. 22. 12. Et qui iustus est, iustificetur adhuc, & qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Porro bona opera non esse Electionis meritum, sed effectum, Socinus ex scripturis didicisse poterat Eph. 1. Elegit nos ante constitutionem mundi, ut effemus sancti & irreprehensibiles. Jer. 31. v. 7. Sic 2. Tim. 1. v. 9. &c.

16.

Sed temporis ac instituti ratio jam clamat: *Manum de tabula.* Faxit sanctus ille sanctorum, ut labor noster non sit inanis in DOMINO. Amen!

*Salva Domine, populum tuum, reliquias Israel &c. Converte me, & convertar.*







10.  
21  
DISPUTATIO THEOLOGICA  
PRACTICA  
De  
V I T Æ  
**EVANGELICORUM**  
**EMENDATIONE**  
**SUMME NECESSARIA,**

Ex  
*II. Petri Capite III.*  
Conscripta olim

**P A U L O R Ö B E R O,**  
SS. Theol. D. Pastore & Superint.  
VVitteb. Confistor. Assessore, ac Elect. Cir-  
cul. Ephoro Generali,

*jam vero in gratiam verae pietatis Studiosorum  
denuo recusa.*

---

LIPSIAE,  
ANNO M D C C XIV.